









Pr. 47. num 3.

R. 268  
23 n

# TRACTATUS UTILISSIMUS ET NECESSARIUS

SUCCESSIONIS EX PACTO , TE-  
STAMENTO ET AB INTESTATO.

ASCENDENTIUM , DESCENDEN-  
TIUM ET COLLATERALJUM AC  
CONJUGUM

Tam

IN BONIS ALLODIALIBUS QUAM FEUDALIBUS  
Per suas Tabulas clarissime elaboratus



ROTENBURGI ,  
apud Johann Thomam Hoffmannum , Bibliopol ,  
ANNO M. DCCV.



24

TAGTATIS  
ULTIMUS  
ET  
NECESSARIUS  
SUCCESSIONIS EX PACTO, ET  
STATIMENTO ET AB INTERTATO,  
AC  
JURAMENTO COLLEGIALE AC  
CONIUGII

IN COMITATU MARCHIENSIS  
TERRARUM, ET PROVINCIARUM  
EPISTOLARUM

COLLECTORI  
Johannii Bildauensis, et Henrici  
Cochi.



# SUCCESSIO ALLODIALIS ET FEUDALIS.

## CLASSIS I.

### DE SUCCESSIONE IN COMMUNI.

**S**uccessio, omisis aliis acceptationibus generalioribus, est; quæ fit per hæreditatem in Jus universum defuncti, idque vel oblique, per codicillos, quos hic non tractamus, vel directo, sive ex testamento, sive ab inestato, sive de consuetudine, etiam quandoque ex pacto.

### CAPUT I.

*De Successione ex pacto.*

#### SUMMARIUM.

1. *Pacto non datur hereditas saltem Jure communi.*
2. *Etsi reciprocum.*
3. *Nisi juramento confirmatum.*
4. *Vel non juratum inter conjuges.*
5. *Ant illustres personas celebratum, idque de consuetudine.*

I.

**D**E Jure communi rejicitur Successio ex pacto. eo quod contra bonos mores; partim quod testamenti factionem, quæ ambulatoria usque ad finem vitae, adeoque semper revocabilis, constringat, partim quod præbeat votum alienæ mortis captandæ.

L. stipulatio 61. ff. de verbis, obligat, &c. L. de quæstione ult. C. de paetis.

**I**I. Etiam si reciprocum, cum adhuc idem periculum subsit alienæ mortis captandæ, & quod militibus.

A

Ex

Ex L. licet 19. C. de pactis.

**Singulari** privilegio concessum, ad alios non privilegatos non sit **ex-**  
tendum.

uti contra Gail. 2, obs. 126. defendit Perez in Cod. tit. de pact. Carpz. re-  
spons. Juris lib. 5. respons. s.

**III. Aut etiam** juratum, quod verum de Jure Civili, contrarium Jure  
Canonico; cum tale pactum non sit contra bonos mores naturales.  
uti refutatur Treutlerus à Bachovio volum. 1. disp. 6. thes. 8. lit. e.

**Alias** hoc ipsum nullo contrario statuto, vel consuetudine confirmata  
ri posset; sed tantum civiles, principaliter ob favorem & commodum  
partis: **Quo** casu cum nulla sit obligatio peccati, & quilibet favori suo  
recte renunciet, juramentum appositum, cum sine dispendio salutis servari  
possit, obligat & servandum.

Cap. cum contingat. 28. ext. de jurejurando. Layra Theol. moral. 4.  
tract. 3. cap. 6. n. 7. & 8. Perez, in Cod. citat, loco, ibique Covar, Haunold,  
de contract. artic. 5. n. 12.

**De** cuius observantia & praxi testatur.

Ludvvell de ult. volunt. pag. mihi 479. Layni, citat, cap. 8. n. 1.

#### II.

**IV. De** consuetudine tamen ejusmodi pacta etiam non jurata sustinentur  
inter conjuges & illustres personas; Inter conjuges quidem; nam nihil in  
his sevi criminis supplicari arctius vinculum permittit, uti hæc ipsa sen-  
tentia praxi Cameræ Imperialis confirmata.

Myns. 2. obs. 33. n. 10.

**A** qua inferioribus judiciis non facile recedendum.

Lauterbach Exercitat. forens. Exercitat. 3. Thes. 6. Besold. Thesauro  
pract. verbo Cammer-Gericht.

**V. Quo** ad illustres personas, in specie pacta Gentilia sive familiae  
vulgariter Erb. Einigung/ quia & in his pariter cessat, omnis sinistra  
fuscpio, & multum faciunt ad conservationem familiarum & ad defen-  
sionem subditorum, quorum interest, ne alienis & exteris Dominis subjic-  
tiantur.

uti Gail. 2. obs. 127. Rosenthal de feud. cap. 7. conclus. 25. Hermes fasci-  
cul. Juris publici cap. 14. n. 49.

Talia pacta habent inter Ser. Duces Saxonie & Landgravii Hassiae,  
Dukes Bavariae & Comites Palatini.

Tract. disp. volum. 1. disp. 6. thes. 8. Besold. Thesaur. pract. verbo Erb.  
Einigung.

**A quo**

**A quo tamen aliqui specialiter eximunt familias Jurisdictione carentes, tanquam legibus communibus obstrictas.**

Carpz. jurisp. Forens. part. 2. Constit. 35. Definit. 25. n. 18.

**Aut si eiusmodi pacta citra confirmationem Imperatoris inita, nam cum hic agatur de donatione & alienatione feudorum Regalium, profecto Imperatoris tanquam Domini feudi confirmatio accedere nebet.**

Reinking, de regim. saeculari & Ecclesiast. lib. 1, class. 4, cap. 18, n. 53.  
Gail. 2, obs. 127. Hermes citat. loco n. 50.

## CAPUT II.

### *De Successione Testamentaria.*

#### SUMMARIUM.

1. *Succesio testamentaria potior successione ab intestato.*
2. *Legitima nequit auferri testamento.*
3. *Testamentum debet fieri secundum formam prescriptam, cum ob minimum defactum totum corruat.*
4. *Clerici liberè testamento disponunt de bonis patrimonialibus, non autem redditibus, saltem de jure communii, quamvis contraria consuetudo subjicitur.*
5. *In fendiis ad oppositionem bonorum allodialium, successio legitima presertim testamentarie, quippe hec jure fendali incognita.*

#### I.

**I. Succesio testamentaria sic dicitur, quod deferatur ex testamento, quia procul dubio sicut in Allodialibus semper presertim successioni ab intestato, & quamdiu speratur haeres ex testamento, tamdiu non admittitur legitimus.**

L. quamdiu 89. ff. de regul. Juris.

**Cum provisio hominis tollat provisionem legis, presertim si haec illi subordinata.**

Richter. de Success. ab intestato in promissione. n. 8.

**Qua propter cum quilibet rerum suarum liber moderator & arbitror.**

L. in remandata 21. C. mandati.

**Quilibet etiam de rebus suis liberè disponit, salva tamen legitima, quibus illa relinquenda, & ut testamentum secundum leges fiat.**

11. **Quoad legitimam quidem, nam cum sit portio naturæ.**

L. 7. §. ult. ff. si tabul. testam. nullæ exstabunt.

**Nulla lege vel statuto, multò minus privata voluntate hominis auferri potest.**

A 2

Auct.

Auth. novissima, C, de in offic, testam, Berlich, conclus. part. 3, conclus.  
9, n. 3.

## II.

III. Alterum requisitum erat, ad testamentum secundum leges fiet,  
cum nemo dicere possit, ut in testamento suo leges non habeant locum.

L. nemo 55. ff. de legatis 1.

Quippe testamenti factio juris publici, cui privatorum arbitrio non  
detrahiatur.

L. testamenti 3. ff. qui testam. facere possint.

Idque cum omnibus requisitis à lege præscriptis, ita ut si vel mini-  
mum defit, totus actus corruat, cum omnia sint de testamenti forma, cui  
nihil addi vel detrahi potest.

Gail, 2, obs. 19. n. 17. Carpz. process. juristit. 2, artic. 3, n. 81.

Quamvis aliquando obminus periculum commitenda fraudis, ut in  
testamentis apud acta & inter liberos, vel etiam in casu necessitatis velut  
tempore pestis, à regulis testamenti solennis sàpè recedatur; sed cum hæc  
propriè pertineant ad testamentorum materiam, cuius successionem hic  
non pertractatur, sed illam quæ ab intestato defertur, brevitatis causa ad  
hanc digredimur, cum sequenti tamen adjuncto.

## III.

IV. Clerici quidem liberè testari possunt de bonis patrimonialibus,  
& extra beneficium propria industria acquisitis, cum nemini debeat suum  
officium esse damnosum, nec Ecclesiæ per hoc ulla inferatur injuria.

Cardinal, de Lugo, de Just. & Jur. disp. 4. fest. 3. n. 23. Valens, ad Jus  
canon. lib. 25. d. 5. n. 4. & 5.

Non autem de ipsis redditibus ex beneficio acquisitis, saltem de Jure  
communi.

Cap. I. & 9. ext. de testament.

Quorum licet Jure novo fiant Domini, ut omnes in honestam susten-  
tationem necessarios liberè consumant.

Molin, de Just. & Jur. tract. 2. disp. 143. n. 7. Cardinal, de Lugo, I. 3. tit. 25.  
d. disp. 4. fest. 1. n. 2. *Probans id ipsum multis conciliis præfertim Con-*  
*cilio Tridentino* Haunold. de contract. art. 6. n. 52. & seqq.

De superfluis tamen nullo modo per ultimam voluntatem ne ad pi-  
am causam disponere possunt, cum debeantur Ecclesiæ, à qua profecti,  
eui sine injuria auferri nequeunt.

Laym. Theol. moral. lic. 4. tract. 2. Cap. 3. n. 6.

Nam in officio charitatis primo loco tenemur illis, à quibus nos bene-  
cium accepisse fatemur.

Cap.

## *Successio Allodialis & Fendalis.*

Cap. 6. ext. de testam.

Non obstante prius adducto Dominio, nam non sequitur, ipse Dominus, ergo potest liberè disponere per ultimum voluntatem, cum & fidei commissarius & vasallus Dominus feudi, & tamen non possit de feudo liberè disponere.

Laym. citat. loco.

Poterat ergo Ecclesia concessum Dominium in vita quo ad morientes restringere, cum imposito onere restituendi fructus superfluos ; nec hoc quidquam iniquitatis continet, cum profecta ab Ecclesia merito ad illam revertantur, & sic Clerici ab in satiabili cupiditate conquirendi opes arceantur.

Zoes, ad Jus Canon, lib. 3, tit. 26, num. 3.

IV.

Valet tamen consuetudo, quæ Clericis hanc liberam dispositionem etiam ad profanos usus permittit; tum quod fructus per se sint temporales, licet causam habeant spiritualem. tum etiam quod illorum fructuum fiant Domini, tum denique, quod illa consuetudo nihil contineat iniquitatis, nam cum contraria prohibitio jure humano positivo introducta, potuit etiam jure humano & contraria consuetudine tolli.

Mollin, de just. & Jur. tract. 2. disp. 147. n. 26. Zoes ad Jus Canon, lib. 3, tit. 26, n. 7. Covarr, ad tit. ext. de testam, cap. 7, n. 23. & 24.

Quamvis

Laym, supra citat, loco n. 6.

Vocet eam consuetudinem non approbatam sed toleratam. Quidquid sit, sufficit eam practicari posse; nec obstat in Clericis avarè colligendi accepta, hoc enim hominis vitium, non rei aut consuetudinis. propter quod uti dispositio non irritatur, ita nec irritanda ultima voluntas, cum abusus licentia non ponat iniquitatem juris.

Zoes ad Jus Canon, supra citat, loco n. 7.

V.

V. In feudis ad oppositionem bonorum allodialium, semper successio legitima præfertur testamentariæ, quippe hæc jure feudali penitus in cognita.

I. F.F. 8.

Idque primò, quod feudum non vasalli tanquam testantis, sed Domini proprium, consequenter de illo tanquam re aliena disponere non licet. Secundo, ita licet testari, ut tamen tertio non præjudicetur aut jus quæsitum auferatur, atque hoc fieret per dispositionem testamentariam,

A 3

obe

obtrudendo nempē Domino inutilem Vasallum, aut proximis agnatis au-  
ferendo jus quæsumum ex pacto, eigo.

Carpz, synops. jurisfeudal, disp. 5. thes. 9. & seqq. Boceri classes, clas. 5.  
disp. 18. n. 34. Vultejus de feudis, lib. 1. cap. 9. n. 70. Rosent, de feud  
cap. 7, conclus. 2. & seqq.

Nec obstat, quod Fridericus I. Elector Brandenburgicus præterito  
primo genito Joanne, cui soli debebatur Electoratus, instituerit Friederi-  
cum secundo genitum.

Uti Carpz, dicto, loco disp. 4. quæst. 4.

Nam hoc factum cum consensu primogeniti qui procul dubio juri suo  
renunciando dictam dispositionem confirmabat.

Carpz, respons. juris lib. 6. respons. 15.

Quod pariter obtinet si dispositio feudalis consuetudine loci recep-  
ta, uti in Gallia.

De quo testatur Ludvvell, de ult: volunt, ad tit. C. de suis & legitimis Ha-  
redibus in proœ.

### CAPUT III.

*De successione ab intestato.*

#### SUMMARIUM.

1. Quid successio ab intestato.

2. Hujus successione, omib⁹ antiquitatibus juris veteris, tres sunt ordines,  
Descendentium, ascendentium & collateralium.

3. Ita tamen ut in quovis ordine gradus & ordinis servetur prærogativa.

4. Falsa computatione graduum secundum Jus civile, & non Canonicum.

5. Affinium nulla successio, cum nulla generatio, adeoque nullus gradus.

#### I.

SUCCESSIONE AB INTESTATO alias legitima, eo quod immediatè à sola lege  
sine ulla dispositione, hominis deferatur; est quando quis ad successio-  
nem vocatur citra defuncti ordinationem, sive is. testamentum non fec-  
erit, sive non jure fecerit, sive id quod fecerit ruptum irritumve factum  
fuerit.

Princ. Inst. de hæreditat. quæ ob intestato deferuntur.

Quo casu lex supplendo deficientem ordinationem testatoris q̄ias-  
dam personas ad successionem vocat ab intestato.

II. Cujus successione, omib⁹ antiquitatibus Juris veteris Jure novis-  
fimo & novellarum præterquam quod etiam de consuetudine admittatur  
successio conjugis & Fisci. Tres ordines constituti ascendentium inquam,  
descendentium, & collateralium.

Novell. 118. in prefat.

Idque

*Successio Allodialis & Feudalis,*

7

Idque ad imitationem cognitionis, quæ alia supra parentum scilicet, sive ascendentium, alia infra liberorum sive descendantium, & alia ex latere Fratrum, Sororum; aliorumque cognatorum.

Schneid, ad Inst. de Successo, ab intestato in princip. n. 16.

II.

III. Ita tamen ut non omnes simul, sed proximiores jure preferantur aliis remotioribus secundum gradus prærogativam, germanicè nach rechter Sipahl facta computatione Juris civilis.

Cap. a sedem 2. causa 35. quæst. 5. Schneid. citat. loco n. 8.

Quamvis enim respectu matrimonii, velut rei spiritualis servemus computationem solius juris canonici etiam in utroque foro tam apud catholicos, quam Acatholiceos saltem in vim consuetudinis.

Observat. Hahn ad Wefenb. tit. de ritu nuptiorum. n. 4. Richters desucessi, ab intestato, seft. 1, membro 1, n. 2, dicens illud etiam in Saxonia observari.

IV. In hereditatibus autem & successionibus solum jus civile spectatur idque tam in allodialibus quam feudalibus.

Dicit. cap. 2. causa 35. Vultejus de feud. lib. 1. cap. 9. n. 113. Card. de Lugo de J. & J. Disp. 24. seft. 8. §. 3. n. 184.

Ita ut quod sunt generationes tot sint gradus & persona generata semper adjiciat gradum, quando igitur queritur: quanto gratu distes à patre tuo? nihil aliud dicitur, quam quot generationes intercedant inter te & patrem; hæc cum tantum sit una etiam unus gradus erit, sive uno gradu distabis à patre, & sic deinceps descendendo ad nepotes, & pronepotes:

Borcholten, de gradibus, fel. mihi 5. & seqq.

V. Hinc cum tantum cognatorum & nulli affinium de jure civili sint gradus, nam affines ex affinibus non nascuntur aut generantur. Sic deficiente generatione deficit gradus, & deficiente gradu, deficit Successio.

L. non facile 4. §. 5. de gradibus, l. affinitatis 7. Cod. communia desucessi. Rittershus, ad Inst. tit. de gradibus in princ.

Unde hoc proverbium. **Schwagerschafft hindert zum Eheschen Leben/ fordert aber nicht zum Erben.**

Observat. Hahn ad Wefenb. tit. de gradibus in fine;

## CAPUT IV.

*Quotupliciter succedatur ab intestato;*

SUMMARIUM.

I. Dupliciter fit successio, vel in stirpes, vel in capita;

2. Quid

*Successio Allodialis & Fendalis.*

2. *Quid sit succedere jure proprio, & quid jure representationis.*
3. *Jus representationis in linea descendenti in infinitum extenditur, in linea collaterali tantum ad fratrum filios, in linea ascendi penitus cessat.*
4. *In successione mobilium respicimus statuta domicili, defuncti, in immobilibus locum rei sitae.*

## I.

**S**uccessio ab intestato alia in capita, in die Haupter/ & alia in stirpes.  
**I**n die Stamme; Successio sive divisio in capita est; Quando tot fiunt portiones, quot sunt capita sive personæ succedentes, ut singuli singulas sive æquales partes auferant; & toties locum habet, quoties succeditur jure proprio ex propria persona. E contra successio sive divisio in stirpes, quando hereditas dividitur secundum stirpes unde descendunt, & non secundum personas succedentes, ita ut non accipient partes æquales, sed eam, quam accepisset stirps, si vixisset, æqualiter in se subdividendum & toties locum habet, quoties vocamus ad successionem non ex persona propria, sed persona defuncti, quam representamus, ita ut quidem simul cum alio proximiori succedamus, non simultate gradus, neque simultate portionis, sed simultate Juris privilegiati ob Jus representationis.

Vinn. ad §. sextum Instit. de hereditat, quæ ab intestato, deser. Ritterhus, ad Inst. eod.

## II.

**I**II. Succedimus insuper vel jure proprio, quando nullus gradus præcedens alterius viventis proximioris nos impedit à successione. sed immediate & proxime admittimur ad hereditatem defuncti vel Jure representationis, quando ita quidem gradus præcedens nos impedit, sed quia defunctum præmortuum representamus, in illiusque Jus succedimus, concurredimus cum alio gradu proximiori. Hinc nepos præmortuo patre concurredit cum patruo gradu proximiori ad successionem Avi.

De quo infra latius,

## III.

**I**IIII. Jus representationis in linea descendenti in infinitum porrigitur, ita ut semper remotiores concurrent cum proximi oribus in stirpes. In linea collaterali tantum ad fratum liberos & non nepotes, in linea ascendi penitus cessat, ratio posterioris, quia cum jus representationis sequatur naturam generationis, fieri non potest, ut pater representet filium, quippe ille non genitus ab hoc, sed hic ab illo.

Katio vero prioris in eo consistit, quod liberorum successio sit magis

gis naturalis, cum semper trahant sanguinem ab ascendentibus, cuius hereditate itaque non tam facile privandi sicut collaterales, quorum neuter sanguinem trahit ab altero, proinde haec successio magis civilis quam naturalis, & velut minus favorabilis, minus extendenda.

Schneid. ad Inst. de primo ordine succedendi. n. 22. Richters. de successione ab intestato sect. 3, membr. 1, n. 7. & 19. Manzius de successione ab intestato, de successionibus descendentium quæst. 2, n. 79.

Idque sine nulla differentia tam quo ad bona Allodialia quam feudalia, nam & in his Jus representationis eodem modo se habet.

J. FF. & Myns. 4. obs. 94.

#### IV.

IV. In bonis mobilibus & nominibus semper succeditur secundum locum domicilii, ubi defunctus habitavit, non vero ubi mortuus, vel ubi forsitan ejusmodi bona collocata, aut deposita; Hinc mihi Civi Fryburgensi in mobilibus succedunt omnes filii æqualiter, licet in Gallia (ubi forsitan solus primogenitus succedit) mortuus, vel ibi ejusmodi bona detineantur; secus in immobilibus & annnis redditibus, ubi non attenditur domicilium defuncti vel ubi mortuus, sed ubi ista bona sita, consequenter si in Gallia sita, non secundum morem hujus patriæ, plures filii succederent æqualiter, sed exclusis ceteris solus primogenitus; ratio diversitatis, quod bona mobilia & nomina sive jura respiciant personam, & ossibus creditoris inhærent, non tam denotando hominem ipsum, quam ejus personam.

Carpz. Jurisp. forens. p. 3, constit. 12, definit. 14.

Immobilia autem respiciant Territorium, in quo sita & ejus Jurisdictioni subjecta, licet defunctus ibi non sit subditus.

Carpz. citat. loco defin. 12, & 13. Gail. 2. obs. 124. n. 17. Richters de successione ab intestato, in proce. n. 32, & seqq. & sect. 3, membro 1, n. 17. & seqq. Myns. 5. obs. 19.

Quapropter sicuti ejusmodi bona aliis oneribus, tributis, & collectis affici possunt, cur non eadem lege successionis legitimæ,

Carpz. respons. Juris lib. 1 resp. 38. & 39.

## CLASSIS II.

*De Successione Descendentium sive liberorum.*

PRIMUS & potissimum ordo succedendi ab intestato, est descendantium sive liberorum,

B

Novell.

Novell. 118, cap. 1, auth. in successionem C, de suis & legitimis liberis.  
Quippe quos naturae & parentum commune votum ad successio-  
nem vocat.

L. scripto 7, in ff. unde liberi.

*Et omnia, quæ nostra sunt. Liberis ex voto paramus.*

L. nihil interest, 50, §. 2, ff. unde libert.

Excludunt itaque non tantum collaterales, quippe qui ex defuncto  
notita sanguinem trahunt sicuti filii, sed etiam ascendentis, nam amor  
magis descendit, quam ascendit, nec filii debent Thesaurizare parentibus,  
sed parentes filiis.

Cap. cum Apostolus 6, ext, de censibus.

Liberi autem cum diversi generis diversa quoque successio; nam si-  
cuti alii legitimi, alii illegitimi, alii legitimati; sic quoque aliter suc-  
cident legitimi, aliter illegitimi, & aliter legitimati.

## CAPUT I.

### *De successione legitimorum.*

Legitimi vel sunt in gradu æquali vel inæquali; æquali idque primi, vel  
ulterioris gradus. Primi, ut si filii soli adstant. De quo sit.

## TABULA I.

### *De successione liberorum primi & æqualis gradus sive filiorum tantum.*



PATER

Frater — Filius — Frater — Frater.  
CASUS.

Quomodo mortuo patre hæreditas inter quatuor filios superstites di-  
videnda.

## MEMBRUM I.

### *De Successione Descendentium Allodiali.*

## SUMMARIUM.

I. In Allodialibus omnes liberi primi gradus æqualiter succedunt sive filii, sive  
filia,

*filiæ, licet consuetudine aut ob renunciationem filiæ juratam, hæc à filia quandoque excludatur.*

2. *Sive liberi emancipati sive non, cum patria potestas, quo ad successionem sublata.*
3. *Sive seculares, Clerici vel religiosi; hi tamen non ipsimet, sed monasterium honorum capax nomine illorum succedit.*
4. *PP. de observantia & Capucini, velut honorum incapaces nomine religiosorum non succedunt.*
5. *Idem dicendum si PP. Societatis JESU Professores vel vota formalia habentes instituantur, secus si ipsa collegia per se instituta.*
6. *Nontantum Patri succidunt liberi æquiter, sed etiam matri, licet Pater Clericus aut religiosus factus.*

I.  
**L.** PLures liberi ejusdem & primi gradus in alodialibus succedunt patri æqualiter in capita, & tot fiunt partes sive portiones æquales, quot sunt personæ sive capita. *So viel Mund so viel Pfund.*

*L. post consanguineos a. S. ff. de suis & legitimis hæredibus, auth. in successionem C. cod.*

*Nam æqualiter liberi, æqualiter etiam hæredes, & jungat æqualis gratia, quos junxit æqualiter natura.*

#### **NULLA FACTA DIFFERENTIA.**

*Primò sive filii sive filiæ, sexus enim differentia in successione Alodiælium sublata.*

*L. inter filios II. C. familæ Ercisc. Novell. I. 8. cap. I.*

*Idque ne natura accusetur potius produxisse filias quam filios. Quamvis consuetudine multorum locorum, aut circa consuetudinem speciali renunciatione filiæ elocata, favore & pro conservatione familiarium præsertim Nobilium communiter observetur, ut exstantibus mas culis, filiæ ab hæreditate paterna excludantur, maximè si ante congruè dotatæ, nam dos hoc casu succedere debet loco legitimæ, sicuti ergo statutum & pactum non potest derogare legitimæ, ita nec huic dati.*

*Menoch. de arbitrar. Jud. quæst. casu. 149. Gail. 2. obs. 140. Myns. 3. obs. 26. Berlich. conclus. part. 2. conclus. 43. Carpz. Jurisp. Forens. part. 2. constit. 35. defin. 5. & seqq.*

#### **II.**

*Secundò sive sui in potestate patris, sive emancipati extra potestatem existentes, jam jure novo respectu successionis ab intestato patria*

**potestas non agnoscitur**, quippe successio defertur jure sanguinis, quod civili illa emancipatione non tollitur.

Arg. l. 8. ff. de regul. Juris Schneid.. ad Inst. de primo ordine succedendi naturalium & legitimorum simul, n. 5.

## III.

**III. Tertiò, sive seculares, sive clerici, sive religiosi, quoad clericos, cura sint bonorum capaces; nec dignitas clericalis velut favorabilis debet operari diminutionem commoditatum ex legibus & statutis provenientium.**

Manzius de success. ab intest. de success. descendant. quæst. I. n. 36.

**Quoad religiosos saltem professos, & hi succedere possunt, non ut ipsimet professi, cum ob votum paupertatis Dominia rerum & bonorum temporalium se privarint, sed ut ipsa religio (in quam professione velut monte spirituali omnia jura immediate transeuant) bonorum tamen immobilium in communione capax, nomine illorum succedat.**

Laym. Theol. moral. lib. 3, Tract. 5, cap. 5, cardinal. de Lugo de Just. & Jur. disp. 3, sect. 5.

## IV.

**IV. A quo tamen excipiuntur primo PP. minores de observantia & Capucini, qui cum de Concilio Tridentino neque in particulari, neque in communi bonorum immobilium & jurium stabilium capaces; neque in hæreditate tanquam jure aliquo stabili succedere possunt; sed hæreditas illis delata vel devoluta ad substitutum vel ad proximum hæredem ab intestato, seclusa sede Apostolica.**

Laym. citat loco n. 4.

**Quæ et si in cæteris rebus usu consumptilibus; etiam in communione oblatis Dominum adquirat manente saltem usu dependente apud dictos patres.**

Cardinal. de Lugo de Just. & Jure disp. 2, sect. 3, n. 55, Laym. Theol. moralib. 3, Tract. 1, cap. 6, n. 7.

**Non tamen in hæreditate aut bonis immobilibus succedit, nam ea non adquiruntur Ecclesia Romana, quam si PP. capaces, sed secundum prædicta incapaces, ergo.**

Cardinal. de Lugo d. disp. 3, sect. 5, n. 98, Laym. supra citat. loco tract. 5, cap. 5, n. 4.

## V.

**V. Excipiuntur secundò PP. SOCIETATIS JESU, nam licet Conclu-  
suum Tridentinum omnibus ordinibus etiam medicantibus, seclusis tamen  
sopra adductis PP. de observantia & Capucinis privilegium bona immo-  
bilia**

bilia incommuni possidendi concesserit. P P. tamen Societatis respectu suorum Professorum & Coadjutorum formatorum specialiter huic privili- privilegio renunciantur, ita ut licet ipsa collegia vel domus per se institu- possint, non tamen intuita Professorum, ut ab his hæreditas collegio de- feratur: in quo tamen hæc cautela observatur, ut si professus vel vota for- mata habens instituatur contemplatione collegii, institutionem valere, quasi solum collegium institutum; quia in dubio potius interpretari oportet, ut dispositio valeat, quam pereat.

Laym, citat. loco. n. 4.

## VI.

VI. Quartò sive pater sive mater moriatur; quamvis enim olim filii à successione matris excluderentur, eo quod non in illius potestate, adeo- que nec sui hæredes; hodie tamen tam de jure praetorio, quam civili in- differenter succedunt utriusque; nec amplius illa patria potestas & suitas ve- lut Juris civilis, sed cognatio & naturalis causa, quæ æquè in matre ac pa- tre, attenditur.

L. 4. f. ad S. C. Tertull. Mantius de success. ab intestat. de success. de- scend. quæst. 1. n. 24.

Idque verum sive patet in eodem statu permaneat sive illo mutato si- at religiosus aut Clericus; si Clericus factus, hæredes ab intestato non tan- tum in patrimonialibus, sed etiam in fructibus superfluis ex redditibus Ec- clesiae adquisitis secundum consuetudinem loci validè succedunt; nam quod potest consuetudo in dispositione expressa per testamentum, uti su- pra class. 1. cap. 2. potest etiam in tacita ab-intestato.

Molin. de Just. & Jur. tract. 2. disp. 147. n. 28.

Et quæ sunt acquisibilia privilegio, adquiruntur etiam consuetudi- ne.

Covarr. ad tit. ext. de test. cap. 1. n. 20. & seqq.

Si religiosus factus; licet professione velut morte quadam, omnia ju- ra & bona transant in Monasterium bonorum capax, nam si decet, qui se Deo ac monasterio dedicat, non solum personam, sed etiam omnia sua bo- na offerat, idque ut plena fiat oblatione ob sacrificium, salva tamen manet liberis legitimæ à natura debita, cum huic non contrariantur privilegia & statuta positiva.

Cap. 9. caus. 19. quæst. 3. Laym. Theolog. moral. lib. 3. tract. 5. cap. 5. n. 6.

Molin. de Just. & Jur. tract. 2. disp. 140. Cardinal. de Lugo. de Just. & Jur. disp. 3. sect. 9. pertotum, Menoch. de arbitrar. Judicium quæst. casu.

436.

B 3

MEM.

## MEMBRUM. II.

De successione Feudali, non regali.

## SUMMARIUM.

1. In feudis non regalibus etiam omnes filii æqualiter succedunt, sive emancipati sive non.
2. Sive instituti heredes sive ex hereditati, cum ex hereditate in allodio non prioret aliquem feudo.
3. Sive institutus acceptet hereditatem, sive repudiet, nam licet filius non possit acceptando feudum repudiare hereditatem Patris posse tamen ceteri agnati.
4. Unde filius acceptando feudum simpliciter tenetur ad eas alienum defuncti, cum semper heres, non autem agnatus, nam ex hoc quod succedat in solo feudo, non sit heres.
5. Endum vero mere hereditarum quod non habet feudi propriam naturam, sed est unum & idem cum hereditate; à nullo neque agnato acceptari potest repudiata hereditate & ex hereditate in allodio etiam ex hereditatis censetur quo ad hoc feendum.
6. Fœminæ non possunt succedere in feudis.
7. Clerici licet de novo possint adquirere feendum.
8. Nontamen in ante quærito succedunt.
9. Nisi in prima tonsura constituti.
10. Novitii religiosi cum omnium iurium, sic etiam feudi sunt & manent capaces.

## I.

1. In feudis non regalibus plures filii ejusdem & primi gradus succedunt ultimo defuncto æqualiter in capita, sicut in allodialibus facta divisione secundum numerum personarum ita ut tot fiant partes æquales, quot sunt personæ.

DE RUM. 1. FF. 8. in princip. Obrecht de feudis. disp. 10. n. 73.  
Nulla acta differentia.

Primo sive filii in potestate patris, sive emancipati, nam licet ad successionem feudi tantum admittentur agnati.

2. FE. 11.

Emancipati autem de Jure civili veteri ob extinctum patriam potestatem tales esse desinant.

§. 3. Instit. de capitulis deminutione, §. ult. instit. delegitima agnat. tutel.

Manent

Manent tamen tales quo ad successionem, cum in hac præsertim quo ad feuda non attendatur patria potestas, sed an quis naturali sangvine per lineam masculinam junctus, quod de Emancipatis nunquam negari potest.

Ludvvel, de ult voluntat, pag. mihi 476. Vultejus de feud. lib. 1, cap. 9.  
n. 89.

## II.

II. Secundò sive filii instituti sive exhaeredati; quod de injusta exhaeratione minus dubitatur, nam cum hæc liberos nequidem ab allodialibus bonis (de quibus tamen pater potest liberè disponere) excludat, multo minus à feudalibus, in quibus nulla dispositio defuncto competit; De exhaeratione verò justa multum disputatur; communis tamen concludit, opinio, quod ne taliter exhaeredati excludantur à feudo, nam cum de hoc non valeat expressa & directa ordinatio defuncti.

1. F.F. 8. princ.

Multò minus indirecta & per consequentiam, argumentando ab allodialibus ad feudalia, cum in separatis de uno ad aliud nulla sit bona illatio. Et quod habet vasallus beneficio primi acquirentis & non ultimi defunctorum, hujus dispositione ipsi auferri nequit; cum privatio præsupponatur habitum.

Rosenthal, de feud. cap. 7, concl. 10. Boceri classes claf. 5. disp. 18. Thef. 5. Reincing de regimine, seculari & Ecclesiastico lib. 1. Class. 4, cap. 17.  
n. 46.

## III.

III. Tertiò sive hereditas acceptata, sive spontaneè repudiata, ita ut nihilominus repudiata hereditate possit acceptari solum feudum. Quamvis aliqui hanc generalem conclusionem ad mittant quidem in agnatis & collateralibus non autem in filiis; eo quod his magis incumbat defendere honorem parentis, quam illis; gravis autem fieret parenti Injuria & ignominia, si ejus hereditate damnoſa & forſan à creditoribus diffringenda repudiata acceptaretur solum feudum.

2. F.F. 45. Covari. 21. varia. resolut. 18. Rosenthal, de feud. cap. 7. conclus. 20. & 21. Berlich, conclus. 56. n. 13. Carpz. Jurisp. forens. part. 2. constit. 147. definit. 3. Freyers. desolut. cap. 2. membra. 1. n. 58. & seqq.

## IV.

IV. Unde & hæc à priori dependens quæſtio deceditur; quatenus vasallus successor teneatur defuncti ex alienum exsolvere, ſicuti accepto feudo non potest repudiore hereditatem patris, ita nec poterit ſe ab ejus

xere

are alieno liberare. Si agnatus; obligatur quidem ad onera feudi, ut si debita in utilitatem feudi contracta; cum res transeat cum suo onere, & qui sentit commodum etiam sentire debeat in commodum, non autem ad onera vasalli, quippe non ab illo, sed a primo adquirente causam habet, qua propter sicut hoc casu non honoratur, etiam gravari non debet.

2. FF. 45, Berlich, conclus. part. 2, conclus. 55, Freyers citat loco.

## V.

V. Ratione cuius bene notandum quod praedicta tantum obtineant in feudo ex pacto & providentia, non autem in merè hæreditario, quod quidem Jure feudali scripto incognitum, sed postea primum inventum.

Berlich, conclus. dict. port. 2, conclus. 56, n. 6.

Hoc enim, cum partim dependeat à defuncti libera voluntate, & sic semper vasillus ab illo causam habeat, cum quod auferre potuit, tamen detulerit; partim, cum etiam naturam allodialium præseferat & sit quasi ipsa & una hæreditas.

Gail, 2. obsf. 154, Berlich, citat. locis. Carpz. Jurisp. Forensi part. 2, constit. 47, definit. 1.

Consequenter exhæredatus in allodialibus, etiam exhæredatus censetur quoad hoc feudum, & repudians vel acceptans hoc feudum, etiam repudiare & acceptare debet hæreditatem; idque ne quis sit pro parte non hæres.

Arg. I. un. §. 10, in medio, C. de caducis tollendis. Vultus de feud. lib. 1, cap. 9, n. 114.

Quare hic nulla quæstio, an etiam agnatus repudiata hæreditate acceptando hoc feudum ad onera Vasalli teneatur, cum omni casu sit simpliciter heres & ex hoc simpliciter obligetur.

Berlich, d, conclus. 55.

Cum his tamen limitationibus ad supra regalem generalem,

## VI.

VI. Primo, et si in allodialibus tam fæminæ, quam masculi æqualiter succedant, in feudalibus vero illæ ab his regulariter excluduntur.

1. FF. 1. §. 8. & 1. FF. tit. 8.

Tum quod feuda dentur agnationi & per lineam masculinam junctis ad conservationem familiarum, foemina autem neque agnata, neque conservatrix familiæ cum sit istius caput & finis.

L. pronunciatio. 195, §. 5. Theff. de V. S.

Tum quod ob fragilitatem iudicij & imbecillitatem corporis neque Domino consilio, neque servitiis militaribus assistere possint.

Rosen-

Rosenthal. de feud. cap. 7. conclus. 31. Carpz. *Synopsis juris Feudal.* disp. 5. Thes. 47.

Tum denique et si nulla ratio esset, sufficiat pro ratione voluntas primò hanc consuetudinem introducentium, & primi conferentis, qui cum absolute potuisset beneficium non conferre, potuit etiam conferre sub certa limitatione, excludendo inquam fœinas.

Vultejus lib. 1. de feud. cap. 9. n. 26.

VII.

Et hoc procedit, sive ipsa fœmina succedere velit, sive masculi ex fœmina, nam per hos interumpitur familia, cum quod fœmina non habuit, in alios etiam transferre non poslit, idque secundum ordinem successionis, in quo si primus gradus incapax etiam subsequens non admittitur, & infecta radice omne infectum, quod ab illa descendit, ne posterior sit melioris conditionis quam prior.

Boceri class. 5. disp. 18. Thes. 13. Ludvvel de ult. voluntat. pag. mihi 79.

Sive feudum datum simpliciter filiis, sive liberis & hereditibus, pro se & genere, pro se & posteris; nam licet extra materiam feudalem fœminā hisce nominibus comprehendatur, in illa tamen ejusmodi nomina ad solos masculos restringuntur.

Mindanus de process. lib. 3. cap. 20. num. 34. Mynsing. 5. obser. 74. Rosenthal. dict. conclus. 31. n. 4. & seqq.

Sive feudum masculinum quod ad solos masculos pertinet, sive fœminum, quod & masculis & fœminis concessum; cuius et si fœminæ capaces, non tamen cum masculis æqualiter admittuntur, sed hi indistinctè excludunt illas.

1. FF. 8. §. 2.

Nam feudum concessum masculis & fœminis illis deficientibus demum his confertur, & in materia feudali potius in vim ordinis quam copulae intelligendum, cum semper prius & potius censeatur prospectum masculis quam fœminis.

Myns. obs. 74. n. 3. Vultejus d. cap. 9. n. 49. Curtius Junior de feud. part. 3. n. 25. Carpz. Jurisp. forens. part. 3. constit. 28. definit. 13.

Nisi tamen aliud consuetudo loci aut tenor investituræ importet, V. G. Feudum simul cum masculis fœminis concessum ohne Unterscheid/ tum enim ne videantur talia verba otiosè posita, fœmina simul & æquali- ter succedet.

Carpz. respons. Juris. lib. 1. resp. 82. & Jurisp. forens. dicta constit. 28. definit. 14.

VIII.

Secundò licet in allodialibus tam clericus, quam laicus succedat in feuda-

C

feudalibus tamen distinguendum, vel enim agitur de feudo primum constitendo, vel de jam constituto per successionem adquirendo. Primo casu non est dubium quia clericus feudi capax, cum in arbitrio concedentis utrum, & cui concedere velit.

Vultejus de feud. lib. 1. cap. 4. n. 9. Rosenthal. de feudis cap. 3. conclus. 3. & cap. 7. conclus. 30. n. 27.

Nec obstat primò, quod Clericus non possit praestare servitia militaria feudo annexa. Respondeo presumi Dominum hoc casu gratiam fecisse & servitia remisisse, quomodo cum reddatur feudum Francum, Clericus indubitate succedit.

Vultejus de feud. lib. 1. cap. 9. n. 67.

Non obstat secundò, quod hoc casu subjiciatur Jurisdictioni laicorum.

Myns. 1. obs. 22. Gail. 1. observ. 37. n. 3.

Cui nec prorogatione, nec renunciatione etiam iurata se se subjiceret potest.

Cap. si diligenti. 12. ext. de foro compet. Laym. Theol. moral. lib. 4. Tract. 3. cap. 6. n. 9.

Respondeo hoc accipiendum de renunciatione privata, non quæ fit auctoritate publica ex consensu Pontificis.

Cap. ex transmissa 6. ext. re foro compet.

Qui hoc respectu voluit privilegium fori limitare, idque ut magis invitentur Laici ad benefaciendum clericis, & sic benefacti non immetit sequuntur forum benefactoris.

#### IX.

Secundo casu; quando agitur de feudo jam constituto per successionem adquirendo; communis & certa decisio, quod clerici regulariter non succedant in feudis, & quæ antea habuerunt, per clericatum amittant.

§. ex hoc illud 2. FF. 30. & 2. FF. 36.

Idque propter servitia militaria feudo annexa, & qui factus miles facili, nec beneficium pertinet ad eum, qui non potest gerere officium. 2. FF. 21.

Etiam si per substitutum pugnare vellent, quia & hoc prohibitum.

Cap. Henricus. 2. ext. de clericis pugnant.

Cum sacerdoti in servitiis militaribus eligatur personæ industria, alii enim Capitanei, alii Prætores, & præstat potius per ipsum vasallum velut juramen-

juramento fidelitatis astrictum servitia præstari, quām per substitutum,  
qui nullo tali astrictus.

Berlich, conclus. part. 3. conclus. 39. Menoch. de arbit. Jud. quæst. casu  
231. Vultejus lib. 1. de feud. cap. 9. n. 67. Curtius jun. de feud. part. 3.  
membro 2. n. 19. Carpz. Jurisp. forens. part. 3. constit. 28. definit. 1.  
Myns. 5. obs. 48. Qui hanc opinionem testatur in camera receptam.

## X.

Hoc tamen aliqui specialiter limitant, quo ad clericos in prima ton-  
sura & ordinibus minoribus constitutos beneficio Ecclesiastico carentes.

Menoch. cit. loco n. 23. Rosenthal de feud. cap. 7. conclus. 30. n. 5.

Et quoad Equites Teutonicos & Melitenses, cum in his cesseret ratio  
prohibitiva prius adducta, ne inquam servitia militaria præstent, cum il-  
los hæc vel maximè deceant.

Rosenthal. cit. loco n. 9. & seqq. Curt. Jun. dict. part. 3. membro 2. n. 29.

Lud. de feud. cap. 9. Carpz. Jurisp. forens. part. 3. confit. 28. definit. 2.

Dissentientibus Menoch. supra cit. loco. Carpz. Synopsis Juris feudalis

disp. 5. Thes. 65. Fach. 7. controvers. 36. Boceri Classes Clas. 5. disp. 18.

Thes. 10.

In quo tamen loci consuetudo & constitutiones prædictorum mi-  
litum principaliter attendendæ, an tantum abesse liceat, ut servitia præ-  
stare possint.

Berlich. dict. part. 3. conclus. 39. n. 50.

## XI.

Tertiò, licet religiosi vel saltem eorum nomine succedat religio  
in allodialibus, non tamen in feudalibus.

2. FF. 30.

Præsertim si illis annexa servitia militaria, quæ multò minus quam  
clericis præstare possunt, quot si nulla talia servitia annexa, æquitatis est,  
ut saltem ad vitam profesiæ maneat ejusmodi feudum apud Monasterium.

Cardin. de Lugo de Just. & Jur. disp. 3. Sect. 9. n. 213.

Contrarium in Novitio, qui tempore Novitatis non tantum reti-  
net feudum ante quæsum, sed etiam novum acquirit, cum quoad omnia  
maneat & sit bonorum capax, sicuti ante fuit, ne scilicet præjudicetur li-  
bertati probationis.

Lugo & Rosenthal, citat. loco n. 1.

C 2

MEM.

## MEMBRUM III.

## De Successione feudorum Regalium.

## SUMMARIUM.

1. *Fenda regalia quia indivisibilia, exclusis aliis, ad solum primogenitum spectant.*
2. *De consuetudine tamen extra fenda Electoratus, pleraque dividuntur inter omnes & equaliter.*
3. *Quod tamen ad alias familias, ubi hoc hactenus non practicatum, non extendendum.*

## I.

**I.** IN feudis regalibus. V. G. Electoratu, Ducatu, Comitatu, velut indivisibilibus, plures filii non æqualiter, sed, exclusis aliis, solus primogenitus succedit.

## 2. FF. 55. §. præterea.

Nam licet Jus naturale omnibus liberis hereditatem deferat, non tamen absolute præcipit, ut æqualiter omnibus prospiciatur, consequenter non iniquum, si aliqui de certa quadam re loco alimentationis vel Appenagii provisi, unus solus & quidem primogenitus, qui cæteros astate & prudentia superat, succedat, idque bono publico ad conservationem & splendorem familiarum, quæ crebris divisionibus laceratae vilescent, & nihil retinent præter dignitatis nomen.

Reincking de Reginis, sœcul. & Eccles. lib. 1. class. 4. Cap. 17. in principiis.

Unde licet æqualis successio cesseret juris naturalis præceptivi, attamen quia & jus naturale præcipit regna conservari, causa boni publici prius ob posterius, sicuti in usu capione legitimè cessaret.

## II.

**II.** Quamvis extra feuda Electoratus, quæ adhuc individua, & ad solum primogenitum pertinent.

Aurea Bulla, tit. 7. Conringius disp. de septem viris Thes. 35.

In aliis feudis regalibus vix hoc ipsum observetur, sed ferè omnia non secus, ac alia feuda divisioni totaliter obnoxia.

Reincking, citat. loco n. 15. & 85. Gail, 2, obser. 153. Vultejus lib. 1. de feud. cap. 8. n. 36.

Ita ut dividentes, licet accipient minimas partes, & sapienter Duces Comitatus, nihilominus retineant priorem titulum & familiam, nam dignitas regalis est indivisa tota in toto territorio, & tota in qualibet parte; partim

partim quod tanquam Duces nascantur; partim quod vi primæ investiturae defientibus aliis totum Ducatum iterum adipisci possint.

Rosenthal, de feud. cap. 9. conclus. 56. n. 16.

Proinde citra Jus primogenituræ, in quo unus solus toti territorio dominatur; cæteri omnes non obstante divisione votum & sessionem in Comitiis Imperii habent, nam statum Imperii non facit gleba magnitudo, sed personæ dignitas.

Reinking, citat, loco n. 87.

## III.

III. Quæ consuetudo divisoria, an contra dispositionem generaliter obliget, & ubique vim legis habeat; ita ut non possit contrarium observari; non immerito pro conservando Imperii statu, & ad multas dissensiones evitandas in dubium vocatur; quo casu subnissè de hoc judicando, dico debere & posse contrarium observari, saltem quo ad illas familiias ubi hæc tenus ejusmodi divisio incognita. Cui non obstat generalis consuetudo contraria, multorum DD. testimonio contestata, quibus procul dubio credendum, uti multis præjudiciis Cameræ demonstrat.

Myns. 5. obs. 96.

Respondeo enim licet ab ejusmodi præjudiciis non temere redendum, non tamen etiam absolute & infallibiliter credendum.


Roding. Pandætis. Cameral. lib. 3. tit. 2. n. 6.

Præsertim in allegatione consuetudinis, quæ velut facti non tam arte DD. addiscitur, quam usu & facto comprobatur; etiamsi igitur hæc divisio inter alias familias usitata, non tamen inter omnes.

Uti Reinking citat, loco. 30.

Consequenter in non exceptis judicatur secundum regulam, præsertim in odiosis & divisione Ducatum, ubi consuetudo strictè interpretanda, nec à consentientibus ad dissentientes extendenda.

Rosenthal de feud. cap. 9. conclus. 56. Mehlbaum disp. de primogenit. Thes. 26.




C 3

TA.

## TABULA II.

*De successione liberorum ulterioris & æqualis gradus, sive  
Nepotum tantum.*



**Q**uomodo præmortuis utrumque parentibus sub n. 1. & 2. signatis, Avo ultimo defuncto subcedant plures nepotes, unus ex uno filio, & tres ex altero.

## SUMMARIUM.

1. Plures nepotes soli diversi numeri ex diversis parentibus succedunt Avo in capita.
2. Non sequitur succedunt remotiores soli, ergo succedunt jure representationis in locum proximioris, sed tum demum, si etiam alii proximiores simul succedant quibus cum concurrendo representare debent suos parentes, ut simul cum illis admittantur.
3. Plures nepotes diversi numeri in linea collaterali succedunt Pat. no in Capita.
4. Quod etiam in fendiis non tantum in hoc, sed etiam priori casu obtinet.

## I.

**P**lures nepotes soli, diversi numeri ex diversis filiis non succedunt Avo in stirpes facta diversione secundum personas, unde descendunt; ita ut in proposito casu unus nepos ex uno filio accipiat medium, & alii tres accipiант aliam medium hæreditatem Avi, sicut acceperint eorum parentes, si supervixissent, sed in capita sine ullo respectu ad stirpes, dividendo hæreditatem æquiter in quatuor partes æquales, secundum quatuor personas.

Est hæc sententia nova, contra torrentem Doctorum contra Mantzium de success, ab intest, Richter de succfs, ab intest, se&t. 1. memb. 1. n. 115. Brocholten, de gradibus de succfs, descendentiis. Perez in Codicem de suis & legitimis hæredibus, n. 5, Schneid, ad instit, & alios plures.

## II. Pro-

Probatur conclusio primò, omnis successio aut est in stirpes aut in capita, hæc non in stirpes, ut probabitur infra, ergo in capita & partes æquales pro numero personarum. Probatur secundo. Absurdum est æquali gradu distantes, ad inæquale lucrum vocari; cum inter partes non cadat quid præcipuum, sed pares debeat merito pari jure censeri.

Myns. 3, obs. 94.

Probatur tertio, quanto præfati nepotes succedunt, vel succedere possunt jure proprio, communi & ordinario; tunc cessat specialis & extraordinaria successio ex jure repræsentationis, sed succedunt jure communi & proprio, ergo. Probatur minor. Successio Juris communis est, ut mortuis proximioribus succedant remotiores, sic mortuis parentibus velut proximioribus in linea ascendi Nepoti succedunt Avi & Aviz; & mortuis fratribus eorumque filiis alteri fratri sine liberis defuncto succedunt Fratrum Nepotes, non tamen jure repræsentationis, quod utroque casu cessat, ergo Jure communi & proprio.

2. Ergo per hoc præcisè quod remotiores succedant, non sit successio ex jure repræsentationis, sed tum demum si remotiores simul cum gradu proximioribus succedere velint, ut in sequenti tabula; ab his enim, cum excludantur Jure communi, quo semper proximior excludit remotionem, juvari debebant speciali Jure repræsentationis, ad hoc ut simul admittantur.

3. Probatur quarto. Omnes fere Doctores passim admittunt ex constit. Caroli 5. in comitiis Spirensibus de Anno 1529. quod in linea collaterali duorum fratrum filii diversi numeri succedant Patruo in Capita. Ut infralatius de successione collateralium.

Berlich conclus. part. 3, conclus. 24, n. 26, Carpz Jurisp. foren. part. 3. constit. 18. definit. 3.

Cur non ex paritate rationis idem hic admittendum; & hanc sententiam quantum scio, nemo amplectitur, nisi.

Freyburger Stadt-Recht. fol. 75. cuius Auctor Doctissimus Zasius hujus Universitatis Freyburg/ quondam Professor meritisimus,

### III.

Non obstant primò, Textus juris civilis §. 6. Instit. de hæred. quæ ab intestat, deferuntur & l. 2. C. de suis & legitimis. Censentur enim isti per novam constitutionem Caroli V. supra citati correcti; & licet quo ad successores descendentes hoc expressè non decisum; sed tantum quo ad collaterales in successioni Patrui; oportet tamen nos in paritate causæ pari uti decisione. Quoties enim lege unum aut alterum

alterum introductum, bona occasio cætera quæ tendunt ad eundem finem, vel interpretatione vel Jurisdictione supplebit.

L. 13, ff. de LL.

Et quod omissum est legibus, non omittetur religione Judicantium.

L. quæsumus 13, ff. de testibus.

Non obstat secundò quod hi Nepotes non veniant Ju e proprio, sed Jure repræsentationis ex personis parentum, adeoque debeant succedere in stirpes. Respondeo primò. Idem possum objicere Doctribus contrariae sententiax, qui tamen ut supra admittunt quod prædefunctorum Fratrum filii diversi numeri succedant Patruo in Capita. Respondeo secundò secundum dicta probationis tertiae, non concludere, quoties succedunt remotiores, toties succedere in locum proximioris ex jure repræsentationis, sed aliquando succedunt Jure communi, si soli adserit, ut hic; aliquando Jure speciali repræsentationis, si cum aliis proximioribus concurrere velint, à quibus aliás excluderentur Jure communi; ut in seqq. tabulis.

Non obstat tertio. Nepotes non succederent, nisi parentes præmortui, ergo illis præmortuis succedunt in locum illorum ex Jure repræsentationis. Respondeo negando conseqq. nam Avus in linea ascendentis non succederet Nepoti, nisi filio gradu proximiori præmortuo, ergo succedit in locum filii ex jure repræsentationis, falsissima sequela, cum in linea ascendentis Jus repræsentationis non habeat locum.

IV.

Et hoc sicuti in linea collateralis respectu Patrui, tam in feudalibus quam allodialibus obtinet.

Bach. ad Treut. volum. 2, disp. 16. Thes. 5, Berlich. citat. loco.

Ita etiam in linea descendenti quo ag successionem Avi utroque eas su obtinebit,

Dissentientibus Vultejo lib. 1. de feud. cap. 9, n. 100, Rosenthal, feud. cap. 7, conclus, 16, n. 10.



TABULA

## TABULA III.

*De successione liberorum Primi & ulterioris gradus simul sive filiorum & Nepotum simul.*

¶ 3.

Avus.

I. ¶

Filius

Frater.

Nepos--Nepos ——Nepos

## CASUS.

**A**N & quomodo prædefuncto filio, Patre Nepotum n. I. notato, cæteri Nepotes concurrant cum patris fratre sive patruo in successione Avi ultimo defuncti. sub num. 2.

## SUMMARIUM.

1. Plures Nepotes cum patruo in successione Avi concurrunt in stirpes.
2. Non tantum in allodialibus, sed etiam feudalibus non regalibus.
3. In regalibus enim ob successionem solius primogeniti semper primogenitus primogeniti ob ius representationis excludit omnes alios non tantum gradus equalis sed etiam proximioris.

I.

**I.** Nepotes præmortuo patre concurrunt cum patruo in successione Avi in stirpes, ita ut non fiat divisio hæreditatis secundum numerum personarum succendentium, sed secundum stirpes unde descendunt, hæc autem cum tantum una fuerit, etiam unam & medium partem detrahunt, & alteram medium relinquunt Patruo.

Novell. 118. cap. 1. Recess. imperii Augustan. de Anno 1500. Tit. die Succession der Entfeln.

Nec obstat quod proximior in gradu, ut patruus, excludat remotiores Nepotes: Hæc enim regula tantum concludit in successione Juris communis; secus si simus in speciali aliquo privilegio & jure representationis, ratione cuius fictione Juris semper filius subintrat in locum Patris,

D

nullo

*Succes<sup>s</sup>io Allodialis & Fendalis.*

nullo facto respectu, sive alius proximior in gradu, sive non.  
Schneid. ad Inst. de success. ab intest. de success. natural. & legitim. simul. n. 13.

2. Tamen quo ad bona feudalia quādā allodialia.

Vultejus de feud. lib. i. cap. 9. n. 100.

Exceptis tamen feudis regalibus, in his enim, cum sit successio unus & quidem primogeniti, aliter statuendum.

## II.

III. Unde non omnes simul Nepotes cum Patrio, sed primogenitus Nepos ex primogenito filio exclusis aliis nepotibus & Patrio, solus Avo succedit etiamsi ante Avi dignitatem natus.

L. 5. ff. de Senatoribus, ubi Senatoris filius licet ante dignitatem Patris natus, l. 9. §. 14. ff. de p̄nisi.

Nam sicuti successio in bonis paternis demetienda ex tempore mortis, & non à tempore acquisitionis, ita nec acquisitione dignitatis, quod multis exemplis praesertim recentioribus in Electoribus Saxoniæ demonstrat.

Carpz. Synops. Juris feudal. disp. 4. quæst. 5. Carpz. Jurisp. forens. part. 2. constit. 10. definit. 32. Lanterb. conclus. forens. exercitat. 4. Thef. 14. Hermes. Fasciculus Juris publici cap. 14. n. 11.

Et propter receptam praxin fieri è evidentissimum, cum enim semper filius jure representationis succedat in locum defuncti, pari etiam cum ipso jure censeri debet, & quod statutum in patre, etiam in filio admittendum, & sicut pater exclusisset Patrium si vixisset, ita etiam filius.

Aurea Bulla Tit. 7. Bocer. class. Class. 5. disp. 18. Thef. 20. Rosenthal de feudis, cap. 7. conclus. 26. n. 13.

## CAPUT II.

*De Successione Illegitimorum.*

## SUMMARIUM.

1. Illegitimi sunt vel naturales, vel spuri, & aliter de Jure Civili & aliter de Jure Canonico, quod sequimur.
2. Si ad sint legitimi descendentes, vel legitima uxor, naturales non admittuntur ad successionem Patris, cum ascendentibus tamen & ceteris Agnatis saltē succedunt in duas uncias.
3. Naturales cum legitimis Matri & eqna iter succedunt.
4. Spuriorum tamē respectu Matris, quam Patris nulla successio.
5. Debentur tamen spuriis alimenta saltē de Jure Canonico.
6. In feudis neq; naturales, neq; spuri, neq; Patri, neque Matri succedunt.

I. Ille-

I. Illegitimi sive Nothi, alias Bastardi, vulgo *Bōse Arti*, sunt vel spurii,  
vel naturales; quarum alii de jure civili, & aliis de Jure Canonico;  
de Jure civili dicuntur spurii, quicunque ex punibili coitu nati,  
sive ille coitus fornicarius, sive adulterinus aut incestuosus; naturales  
vero, qui et si etiam extra matrimonium quæsiti, non tamen ex punibili  
coitu, sed concubinatu, qui Jure Romanorum permisus progeniti.

II.

Jure canonico autem, & per Recessus imperii, cum dictus con-  
cubinatus totaliter prohibitus.

Cap. 9, causa 32, quæst. 4, obser. Hahn. ad Wesenbec. Tit. de concubinis.

Sequitur, cum nullas amplius habeamus concubinas, nos nullos e-  
tiam habere naturales saltem tales, quales erant de Jure civili; ut tamen  
salvetur horum successio & legitimatio passim à Jure constituta; alia erat  
distinctio naturalium & spuriorum introducenda; idque de Jure Cano-  
nico, de quo naturalium extensio facta, & omnes quoad successionem &  
legitimationem jure naturalium habentur; qui ex talibus nati, inter quos  
tempore conceptionis vel partus potuit esse matrimonium validum, ut  
ob nullum impedimentum dirimēns potuerint inter se contrahere; sive  
jam fuerint concubinae domi detentæ, sive publicæ meretrices.

Molin. de J. & J. tract. 2, disp. 167, n. 2. Carpz. Jurisp. forens. part 4. con-  
stit. 28. defini. 6.

E contra spurii quibus tale impedimentum dirimens, V.G. ligaminis, ordinis ve-  
liu quoddam obstabat, quo minus valide contrahere possebant.  
Molin. de J. & J. tract. 2, disp. 165. Cardinal. de Lugo de J. & J. disp. 24, sect. 6.

III.

II. Naturalium successio, vel est respectu Patris vel Matris, respectu Patris qua-  
tuor diversi casus occurunt. Primo: Si cum naturalibus adsint alii legitimi de-  
scendentes, tum illi quidem in unam unciam sive duodecimam partem hæreditatis inter  
ipso & illorum Matrem dividendam institui possunt; ab intestato autem præter alimen-  
ta competentia nihil capiunt, non enim agnoscimus successionem patris, neque alium  
Patrem, nisi quem legitimæ nuptiæ demonstrant, nec decet hæreditatis consortium,  
ubi non est Nativitatis privilegium; merito itaque excluduntur naturales à legitimis,  
cum duo vincula in his, quos & lex & natura vocat, plus ligent, quam unum in natura-  
libus, quibus sola natura subvenit.

Cap. dicat. 9, causa 32, quæst. 4. L. 2. & 8. C. de natural. liberis. Cardinal. de  
Lugo de Just. & J. disp. 24, sect. 6, n. 90. Mantz. de success. ab intestato  
dissert. 1. n. § 3.

Secundo deficientibus descendenteribus, si adsint soli ascenderentes cum solis natu-  
ralibus, hi cum illis saltem ab intestato succedunt in duas uncias, quia per hoc nullum  
præjudicium causatur illorum legitimæ.

Molin. de J. & J. tract. 2, disp. 166, n. 6. Card. de Lugo citat. loco n. 90.

D 2

Ex testamento vero excepta dicta portione legitima tota substantia relinquunt potest naturalibus.

Auth. licet C. de naturalibus liberis,

Tertiò: Si deficientibus itidem descendantibus & ascendantibus simul; sola adsit legitima uxor cum naturalibus solis, licet Jure communi uxor regulariter non succedat marito; attamen ob reverentiam matrimonii, & ne ob filios ex illico coitu natos scandalizetur, ipsa hos ab intestato sicut legitimis descendentes totaliter excludit.

Molin. citat. loc. n. 4. Schneid. ad Inst. de success. naturalium tantum, num. 9.

Licet ex testamento Pater hoc casu tantum relinquere possit naturalibus, quantum placet, salva tamen uxori portione statutaria de confuetudine multorum locorum debita.

Schneid. citat. loco. n. 7.

Quartò: Si omnes prædicti deficiant, & ad sint soli naturales, tum ab intestato quidem humanitatis & commiserationis gratia succedunt Patri in duas unicas sive sextam partem hereditatis, relictis aliis bonis aliis heredibus ab intestato remotioribus ex testamento vero Jure Novellarum totam substantiam capere possunt.

Novell. 89. cap. 12. & Auth. licet C. de natural. liberis.

#### IV.

III. Respectu Matris naturales simul cum aliis legitimis succedunt æqualiter; non secus an si essent legitimis.

L. 5. C. ad S. C. Orficianum.

Nam præter cætera privilegia ob periculum partus, etiam hoc matris specialiter concessum, quod si iis suis naturalibus succedat; cum æque in his ac in legitimis idem periculum subsit; proinde sicut hæc ipsis, sic ipsi etiam huic ex natura correlativorum succedent, idque non tantum ab intestato, sed etiam testamento, ut quo ad omnia saltem in allodialibus æquali jure habeantur cum legitimis.

Molin. citat. loco n. 10. Card. de Lugo d. seft. 6. n. 91.

Et licet à Patre non institutis non competit querela inofficiosi, quippe qui non cogitur, sed tantum cui permittitur instituere, quoad matrem verò præteriti semper portionem debitam per quærelam inofficiosi consequi possunt.

Schneid. ad inst. de success. natural. tantum n. 8. & 18. Covarr. de matrim. part. 2. cap. 8. §. 4. n. 24.

#### V.

IV. Spurii pressè sumpti, prout superius secundum Jus canonicum definiti, & in moderna praxi quo ad successionem accepti, Ut.

*Succes̄sio Allodialis & Fendalis.*

29

Uti Carpz. Jurisp. forens. part. 4. Constat. 28. definit. 6. n. 5.  
Nihil, in odium detestabilis coitus, neque per testamentum neque  
ab intestato, nec à Patre nec à Matre accipere possunt.

Auth. licet C. de natural. liberis.

Sed proorsus omnis successionis incapaces.

Card. de Lugo citat. loco n. 92. Molin. de J. & J. tract. 2. disp. 169.

Etiam si alii filii legitimi in successionem consentirent, nam alias se-  
queretur, quod illis non existentibus possent esse heredes contra priorem  
prohibitionem, quae non tantum in favorem legitimorum, sed etiam o-  
dium turpitudinis paternæ inducta, cui proinde, ne ansa detur ulterius pec-  
candi, invalidè renunciant.

Cardinal. de Lugo citat. loco n. 100.

Nec mirum, peccatum parentis sic etiam puniri in innocentibus fi-  
liis; nam propter gravitatem delicti, quo ad pœnam temporalem hoc  
sepe contingit.

Utin specie quo ad crimen læse Majestatis & heresios. l. quisquis, s. 1.  
C. ad leg. Juliani Majest. cap. vergentis, 10. ext. de hereticis.

Eò quod in filiis metuantur Paterni criminis exempla, quapropter  
subtrahendo occasionem delinquendi & hi recte puniuntur, hinc etsi desit  
quandoque culpa, non tamen semper causa puniendi.

Mantz. de success. ab Intest. dissert. 1. n. 53. & seqq.

VI.

V. Nec propterea tantum denegatur spuriis successio, sed etiam ipsa  
alimenta, saltem de jure Cæfareo.

Auth. ex complexa. C. de incestis nuptiis.

Quod tamen de æquitate Canonica mitigatum, de qua tenentur paren-  
tes filiis spuriis pro quantitate bonorum de necessariis alimentis provi-  
dere.

Cap. cum haberet s. ext. de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit.  
Molin. & Lugo citat. locis seft. 8.

Decet enim hominem procreatum conservari & ali, ne pereat, nisi ta-  
men aliunde ex arte vel alio modo se alere possit, Jus Canonicum, enim  
tantum præcipit alimenta necessaria, si autem aliunde suppeditent, non  
sunt necessaria, ergo cessante fine constitutionis Juris Canonici, recurren-  
dum ad jus civile, quo alimenta non debentur.

Carpz. Jurisp. forens. part. 2. constit. 10. definit. 18.

VII.

VI. Hactenus dicta tantum locum habent in allodialibus, in feuda-  
libus enim tam spuri quām naturales patri nullatenus succedunt.

D 3

s. na-

§. naturales 2. FF. 26.

Eo quod Domino & paribus curiae minus sit honorificum habere in suo consortio homines natalibus maculatos, propter quam causam et si naturales succedant matri in allodio, non tamen succedunt in feudo etiam fœmineo.

Vultejus lib. 1. de feudis cap. 9. n. 91.

Cum hic non tantum agatur de successione matris sed etiam de honore Domini directi.

Mantz, de successione, ab intest. dissert. 2. n. 20, & seqq.

## CAPUT III.

### De Successione Legitimatorum SUMMARIUM.

1. Legitimatio alia per subsequens matrimonium, alia per rescriptum Principis;
2. Per subsequens matrimonium legitimantur, qui ex talibus nati, quibus cum tempore partus vel conceptionis potuit esse matrimonium validum.
3. Etiam si post conceptionem aliud matrimonium medium intercesserit, nihil minus tamen proles ante nata subsequento matrimonio secundo legitimantur.
4. Si tempore conceptionis ob impedimentum dirimens matrimonium fuerit invalidum, & tempore partus, quia tale impedimentum sublatum, fiat validum; attamen per hoc non legitimatur proles. Siuria per matrimonium subsequens,
5. In articulo mortis & à vetula contractum matrimonium sufficit ad legitimationem.
6. Legitimatio per rescriptum, est Summi Pontificis & Imperatoris aliorumvè superiorem non recognoscendentium.
7. Legitimatio per rescriptum non tantum legitimantur naturales, sed etiam Spurii, quamvis potius cum his dispensetur.
8. Legitimati per subsequens matrimonium, quo ad omnia comparantur legitimis, nec tantum succedunt in allodio sed etiam feudo.
9. Legitimatio per rescriptum est quodammodo restricta; unde existentibus legitimis, quippe quibus propter Ius successionis odiosa, non facile procedit, nisi Princeps usus plenitudine potestatis.
10. Legitimati per Rescriptum deficientibus Legitimis succedunt quidem in allodio, non tamen in feudo, nisi specialiter ad hoc legitimati, quod iterum Princeps in prejudicium Agnatorum facere potest.

II. Le-

II. Legitimi non possunt consequi dignitates maiores, officium Consiliarium, Acessoris, recipi tamen debent ad collegia opificum.

## I.

L Legitimi est, qua filii illegitimi & extra matrimonium quæsiti sunt legitimi.

I. Idque dupliciter, vel per subsequens matrimonium vel per rescissum Principis, per subsequens matrimonium de jure civili tantum ex concubina sub schemate conjugii domi detenta nati, eò quod hi verè & propriè natu ales, hujus legitimatis capaces.

II. De jure Canonico autem omnes, qui ex talibus nati, quibus cum tempore conceptionis, vel partus potuit esse matrimonium validum, sine ullo resp. etiā, an concubina domi detenta vel publica, & vaga meretrix.

Richter, de success. ab intest. sect. 1. membro 3. n. 1. Laym, Theol. moral. lib. 5. tract. 10. part. 3. cap. 5. n. 2.

III. Sive etiam; ita post tempus conceptionis, aliud matrimonium medium intercesserit, vel non; Sufficit enim ad legitimatem solo tempore concepti potuisse esse matrimonium validum, & sic unum ex extremis fuisse habile, licet medium interveniente alio matrimonio inhabile; nam in favorabilibus favore legitimatis vitium superveniens non attenditur.

Covarr. de matrim. part. 2. cap. 8. §. 2. n. 18. Mantz. de success. ab intest. dissert. 7. n. 39. Zoes, ad Jus Canon. tit. qui filii legitimi, n. 19.

## II.

IV. Quod aliqui à paritate rationis etiam eò extendunt, ut si vel solo tempore partus potuerit esse matrimonium validum, licet tempore conceptionis fuerit invalidum, V. G. si conjugata concepit & libera peperit; nihilominus subsequente matrimonio proles ante nata legitimetur; nam nasci ex soluto & soluta tempore partus & conceptionis non copulativè intelligendum, sed disjunctivè, ut sufficiat de uno tempore verificari posse.

Arg. princ. Inst. de Ingen. Molin. de Just. & J. tract. 2. disp. 172. n. 1. & 4. Mantz, citat, loco ibique Covarr.

Quam sententiam tamen mutis impugnat

Zoes, ad Jus Canon. tit. qui filii legitimi, Arg. cap. tanta est 6. ext. dict. tit. in verbis. Si autem vir vivente uxore aliam cognoverit & ex ea prolem suscepit, licet post mortem uxoris eam duxerit, nihilominus spurius erit filius, & sic incapax legitimatis.

Nam subsequens matrimonium licet cohonestet copulam fornicationem, non tamen spuriam.

Cui

Cui non obstat. Textus princ. Inst. de Ingen.

Argumentando à statu libertatis ad legitimationem, non libertas favorabilis & variabilis, consequenter vel tempus conceptionis, vel partus, vel etiam medium inspicitur, ad hoc ut partus dicatur liber; contrarium in hac legitimatione, eo quod huic obstat delictum, præcedens odiosum & detestabile ex damnato coitu, quod serò perfectam variationem non recipit, ne quidem per poenitentiam.

L. quia ea mente 65, ff. defuntis.

### III.

V. Unde ulterius quæri solet, an matrimonium in articulo mortis vel à sene & vetula contractum legitimet illegitimos ante natos; & communiter affirmari solet quod sic; quia nullum est impedimentum dirimens, nam etsi in vetula desinat potentia generandi, non tamen desinit potentia cœcundi, quæ sufficit ad matrimonium; & licet in moribundo per accidens cesset unus finis matrimonii nempe procreatio Prolis, adest tamen legitimatio prolis illegitimæ antè natæ.

Uti Molin. d. disp. 171. n. 13. Zoes. citato loco n. 14. Gail. 2. obs. 141. n. 8. Borcholtens de gradibus pag. mihi 196. Rosenthal de feudis cap. 7. conclus. 18.

### IV.

VI. Legitimare per rescriptum est supremæ potestatis reservatum & in spiritualibus saltem, quo ad ordines maiores (nam quoad minores & beneficia simplicia etiam Episcopi Jure communi dispensant) spectat ad solum Summum Pontificem.

Layni. Theol. Moral. lib. 5. tract. 13. part. 3. cap. 5. n. 19. Molin. de Just. Jur. tract. 2. disp. 173. n. 7.

Intemporalibus ad cuiuscunque reipublicæ potestatem, quæ superiorem non recognoscit, & quibus ab hac data specialis concessio, ut comitiis Palatinis; unde præter Imperatorem, cuius reservatis annumeratur, Cameræ Imperiali.

Roding. Pandect. Cameral. lib. 1. Tit. 18. in fin.

Et cæteris Principibus in Germania non competit, nam generali concessione regalium, non veniunt specialia, & specialiter reservata Imperatoris.

Rosenthal. de feudis cap. 5. conclus. 2. Besold disp. de regalibus cap. 2. n. 2. Schneid. ad Inst. Tit. de patria potestate. n. 17. Stamlerus de reservatis Imperatoris §. 57. n. 8. & seqq. Sixtinus de regalibus, lib. 1. cap. 2. n. 20.

### V.

VII. Legitimatio per rescriptum non tantum se extendit ad naturales

les, uti ea quæ sit per subsequens matrimonium; sed etiam ad spurious ex incestu & adulteriu natos; nam inhabilitas illegitimorum omnium est tantum de jure positivo introducta, quæ sine dubio Principis supremi potestate tolli potest.

Molin. de Just. & Jur. tract. 2, disp. 173, n. 1. Besold. citat. loco. Mantz.  
de succes. ab intest. dissert. 7, n. 81.

Quamvis aliqui quoad posteriores tantum admittant dispensationem, & non legitimationem.

Covarr. de matrim. part. 2, cap. 8, §. 5, n. 10. Laym. Theol. moral. dicto  
cap. 10, part. 3, cap. 5, n. 18.

Inter quæ hæc differentia quod dispensatio strictè interpretanda,  
nec se extendat ultra verba expressa, ad quæ saltem de jure ampliari possit.

Covarr. & Molin. citat. loco n. 4. Cardinal. Tuschus, verbo legitimatio  
conclus. 220.

## VI.

VIII. Legitimati per subsequens matrimonium quo ad omnia comparantur legitimis, non tantum quoad munera sacerdotalia sed etiam Ecclesiastica, quoad successiones & ordines, ut possint fieri Sacerdotes, Episcopi.

Cardinal. Tuschus verbo legitimatio Conclus. 229, num. 10, &c seqq. Molin. citat. loco. n. 6.

Nec tantum succedunt in allodialibus, sed etiam feudalibus.

Contradicent licet. Vultejo de feudis lib. 1. cap. 9, n. 92, & seqq.  
arg. §. naturales 2. FF. 26.

Ubi omnes legitimati indistinctè excluduntur, ergo & legitimati per subsequens matrimonium, nec fictio illa Juris, retrahendo matrimonium ad tempus Nativitatis in Jure feudali obtinet.

Arg. 2. FF. 1.

Hoc tamen non obstante, prior opinio saltem de praxi defenditur.

Obser. Hahn. ad Wesenb. Tit. de his qui suu vel alieni Juris. Gail. 2, obs. 141. Mynsig. 5, obs. 42. Rosenthal. de feud. cap. 7, conclus. 8. Boceri claff. class. 5, disp. 18, n. 7. Carpz. Jurisp. forens. part. 3, constit. 28, definit. 17. Molin. de Just. & Jur. tract. 2, disp. 147, n. 16.

Ratio quia matrimonium omnia vitia praecedentia purgat & omnem maculam abstergit, ut aliter legitimati per omnia comparentur legitimis, retrahendo matrimonium sublequens ad tempus antecedens nativitatis, ita ut paria sint, ab initio esse tale & ad tale postea reduci.

Novell. 74, cap. 1.

Nisi esset quod verba investiturae, specialiter respiciant initium nativitatis

civitatis & originis, vor ihr und seinen Ehlich gebohrten Leibes- Erben. Tum enim non tantum legitimati per rescriptum, sed etiam legitimati per matrimonium probabiliter excluduntur.

Rosenthal, citat. Loco. Frantzius resolut. Juris. lib. 3. resolut. 1. n. 202, & seqq. ibique Menochii consilia.

## VII.

**IX.** Legitimati per rescriptum licet etiam per omnia comparentur legitimis, hoc tamen cum moderamine accipendum in casibus à Jure non exceptis, unde comparantur alchimiæ, quæ quidem facit unum apparere pro alio, interim unam speciem in aliam non transmutat, proinde figuram legitimorum, non substantiam consequuntur.

Gilm. 2. obs. 140. n. 19.

Quare cum hic modus legitimandi sit quodam modo restrictus & in subsidium inductus.

Sequitur primo illegitimos tum demum legitimari per rescriptum, si aliter nempé per matrimonium, quia forsitan mater mortua, legitimari non possint.

Novell. 89. cap. 9. Schneid. ad Inst de patria potest. n. 17. obs. Hahn, ad Wesenb. Tit. de his, qui suivel alieni Juris.

Aut si alii legitimati filii non ad sint, quippe quibus ob jus successionis, quod legitimati consequuntur, præjudicium fieret.

Myns. 1. obs. 35. Besold. dissp. de regal. Cap. 2. n. 2.

Quod cessat primò, si ipsimet in legitimationem consenserint, aut secundò, Princeps usus plenitudine potestatis clausula derogatoria non obstante.

Gilm. 2. obs. 142. n. 8. Mantz. de succèß, ab intest. dissert. 7. n. 145.

Quod Princeps facere potest, licet concurrente legitimato cæterorum legitimorum legitima minuatur; nam etsi legitima à Principe omnino tolli non possit quia à Jure naturæ debita, potest tamen augeri vel minui, quia non in tanta quantitate debita, quod primum constitutionibus positivis introductum, cui alia posteriores saltem usque ad quantitatem alimentis necessariam justè detrahunt.

Covari. de matrimonio part. 2. cap. 8. §. 6. n. 5. Molin. de Just. & jure tract. 2. dissp. 174. n. 7. & 8.

Tertiò cessat si legitimati filii demum post legitimationem antecedentem nati, tum enim legitimatio antecedens, & inde jus successionis competens non retractatur, nam res semel perfecta, non fit irrita, etsi ad eum casum pervenit à quo incipire non potuit.

Mantz

*Successio Allodialis & Fendalis.*

35

Mantz, citat, loco. n. 113, observat, Hahn, dicto loco.

VIII.

X. Sequitur secundū, ejusmodi legitimatos non existentibus liberis legitimis admitti quidem ad successionem allodialium, uti supra.

Novell. 89 cap. 9.

Etiam agnatis invitis & insciis, nam cum his bona allodialia sine in iuris alio extraneo instituto hærede auferri possint, quare quoad effectum successionis ipsis invitis non procedet legitimatio illegitimorum.

Molin. de Iust. & Jure tract. 2. disp. 174. n. 1.

In feudalibus autem simpliciter legitimati non succedunt.

§. naturales 2. FF. 26.

Nisi sp̄cialiter hoc actum & rescripto Principis insertum quotidie-  
rum de plenitudine potestatis fieri potest, nulla facta differentia sive feu-  
dum merē hæreditarium, sive ex pacto & providentia, sive novum sive  
antiquum,

Nec obstat quod agnatis ex pacto primi adquirentis sit jam Jus  
quæsumum, cui non potest contra venire Princeps; Respondeo: Esse jus que-  
sumum non purē simpliciter & immediatē, sed tum demum, si alii proxi-  
miores ex linea descendenti velut jure p̄tiores deficiant, sed hic non de-  
ficiunt. Adest enim legitimatus per rescriptum, hunc autem excludi est  
tantum de consuetudine & Jure feudali, quod procul dubio Princeps tan-  
quam jus merē possitivum recte tollit & limitat, præsertim cum Agna-  
tis non obtrudatur Jus perpetuum, sed tantum aliquod obstaculum, quo  
remoto nihilominus post modum admittuntur.

Rosenthal de feudi cap. 7. conclus. 19. n. 28. Molin. de just. & Jure disp.  
174. n. 40. ibique Covarr. & Julius Clarus. Gail, 2, obs. 142, Myns, 5, obs.  
42.

IX.

Sequitur tertīo, cum in legitimato per rescriptum maneat adhuc  
quædam macula infamiae, sicut in vulnere sanato quædam cicatrix, cum  
non admitti ad dignitates majores V: G: officium consiliarii, Assessori  
Doctoris.

Myns. 4. obs. 31. Bocer. class. class. 6. disp. 18. in princip.

Interim tamen Civium consortio, & qui recipiatur ad collegia op̄i-  
ficium, dignus judicatur, nam non debet contra finem legitimatiois o-  
mnibus honoribus destitui.

Carpz. Jurisp. forens. part. 2. constit. 6. definit. 16. & Præjudicio demon-  
strat Hahn, in observat, ad Wesenb. Tit. de his qui suivel alieni Juris.

E 2

CLASSIS

# CLASSIS III.

*De Successione Ascendentium sive Parentum.*

## SUMMARIUM.

1. Post successionem descendenter, admittuntur ascenderes sive Parentes.
2. Idque in infinitum sicuti descendentes.

### I.

**I.** SECundo ordine post descendentes & liberos ad successionem vocantur Ascenderes sive parentes: nam cum post DEum sine causa liberorum, censetur etiam causa acquisitionis bonorum meritò ergo causatum revertitur ad suam causam primavam, unde originem deduxit, idque commiserationis gratia, ut parentes amissis liberis habeant saltem solatum in successione liberorum, & cum liberi succedant parentibus, merito etiam Parentes, eo quod successiones reciprocæ, succedunt liberis.

Novell. 118, C. 2, Bach. ad Treutl, volum. 2, disp. 16. Thes. 4, lit. a.

Nec obstat quod pares in gradu pariter succedant, pater vero defuncti sit in pari gradu cum ejus filio, ergo ille ab hoc non excludendus. Respondeo: alia est successio Patris & alia est successio filii; nec enim sic patri debetur hæreditas filii, quam filio hæreditas Patris, filius succedendo succedit secundum ordinem naturæ juxta votum parentum. Pater vero contra ordinem naturæ turbato mortalitatis ordine, natura enim dictat Patrem tanquam Seniorem prius mori, quam filium velut Juniores.

L. scripto 7, §. final, ff. si tabul. testam. nulla extabunt, L. cum ratio 7. princ. ibique Gothof. ff. de bonis damnatorum.

### II.

**II.** Parentum autem nomine non solum veniunt Pater & Mater, sed etiam Avus & Avia, Proavus & Proavia in infinitum.

L. quicquid 4, §. 2, ff. de in ius vocando, Card. de Lugo de Just. & Jur. disp. 24. seft. 8, §. 3. n. 177. in fin.

Nam sicuti liberorum appellatio in linea descendenti infinitè se extendit,

L. Liberorum 120, ff. de verbis, signifi.

Ita etiam ex natura correlativorum nomen Parentum in linea ascendi, & quot & quales sunt liberi & tot & tales sunt Parentes, hinc liberi cum aliis legitimi, illegitimi, ita & Parentes legitimi & illegitimi.

CAP.

## CAPUT I.

### De Successione Parentum Legitimorum.

#### SUMMARIUM.

1. Parentes vel soli adsunt, vel etiam concurrunt alii collaterales.
2. Soli Parentes primi gradus succedunt filio & equaliter in capita.
3. Sive bona profecta à linea materna sive Paterna.
4. Parentes ulterioris gradus, ut Avus & Avia ex linea paterna, & solus Avus maternus succedunt nepoti in stirpes.
5. Plures ascendentis cuiuscunque gradus simul concurrentes semper proximior excludit remotiorem, sine ullo respectu ad lineam vel Jus representationis.
6. Collaterales Germani primi gradus, ut fratres, concurrunt cum ascendentibus in capita, exclusis fratribus consanguineis & eterinis ex uno latere junctis.
7. Ascendentis ob prærogativam Juris succedunt in infinitum cum collateralibus primi gradus.
8. Ascendentis ejusdem gradus sed diversi numeri, licet soli veniant in stirpes, cum fratre tamen defuncti veniunt in capita.
9. Fratrum filii & non nepotes cum ascendentibus concurrunt in stirpes.
10. Ascendentis non succedunt in fendi, ita ut nec pater adquirat usum fructum in fendo à filio acquisito.
11. Nisi fendi natura specialiter immutata, quo casu sicut in allodialibus fratres defuncti simul cum ascendentibus admittuntur in capita.

I. Parentes sive Ascendentis vel soli adsunt, vel simul concurrunt collaterales, defuncti fratres, fratumque filii, si soli adsint, semper proximior excludit remotiorem secundum gradus prærogativam, & si pareres, pariter admittuntur sive jam sint primi, secundi aut tertii gradus, de quo

E 3

TA.

## TABULA I.

De Successione Parentum primi gradus.



*Quomodo hic Pater & Mater Superstites succedant filio  
sine liberis defuncto.*

**II** SI Pater & Mater soli adfint velut in æquali gradu & in æquali jure si-  
lio defuncto æqualiter succedunt in capita.

Novell. 118, cap. 2.

Nulla facta differentia.

Primò sive filius sive filia decesserit, ita ut nihilominus tam Mater, quam Pater succedat, sexus enim differentia in successione Allodialium ju-  
re novo sublata, cum enim successiones sint mutue & vicissitudinariae, &  
tam filius quam filia, tam Matris, quam Patri succedat, secundum dicta  
superius, etiam tam Mater quam Pater, tam filio quam filia succedit, quia  
commiseratio quæ vocat Parentes ad successionem æque in Patre ac Ma-  
tre locum habet, & Parentum nomine non tantum Pater, sed & Mater de-  
signatur, & filii dicuntur æquè respectu Matris quam Patris.

L, matres, 3, & maters 5, C. ad S. C. Tertyl. Berlich, conclus. pars. 3, con-  
clus. 23, Carpz. Jurisp. forens, part. 3, constit. 17, definit. 1.

Secundò sive filius mortuus in potestate fuerit, sive emancipatus,  
nam si successio secundum patriam potestatem deferenda; quippe quæ  
penitus cessat in matre, etiam nunquam succederet mater contra dicta su-  
perius.

**III.** Tertiò sive bona ab ipso filio ex propria industria occasione pe-  
culii castrensis & quasi castrensis adquisita, sive aliena liberalitate & for-  
tuna ad peculium adventitium translata, sive denique ab ipsis parentibus  
profecta, ita ut quidem in priorib[us] castrenis & adventitiis æqualiter  
admittantur.

Manz, de successi, ab intest, dissert. 3, q. 2. n. 12.

Quo

Quoad posteriora vero semper habeatur respectus ad lineam unde descendunt, ita ut mater sola in acquisitis ex linea materna, & Pater solus in acquisitis ex linea Paterna succedat.

Uti Berlich, conclus. part. 3, conclus. 23. Borcholten de gradib. pag. mihi 21. Schneid ad Instit. de secundo ordine succedendi n. 12.

Sed meo judicio sat fragili fundamento non quasi Patri abjudicemus peculium profectum, nam cum vivo filio pleno jure pertineat ad patrem, multò magis pertinebit post mortem; sed quod negemus præcisè profecta à parentibus, quo etiam nomine venit mater, habere rationem peculii profectum, multa enim obveniunt à parentibus filiis extra potestatem constitutis, tūm autem sicut potestas cessaet etiam ratio peculii ab illa dependens; in his ergo quæ pleno jure sunt filiorum, unde cunque profacta, contra priorem opinionem non separatim, sed simul, sicuti in aliis bonis castrensis Pater & mater æqualiter succedunt, nam cum acquisita consolidentur cum aliis bonis, & fiant quasi unum & proprium patrimonium, non respicimus amplius, unde ea proveniant, quia bona diversa facta unius; detrahitur ergo illa diversitas, nec jam causa adquirendi, sed persona, cui succedendum attendenda, præsertim cum nec textus Novell. 118. cap. 2. faciat distinctionem, nec nos facere debemus.

Ludvvell, de ultim. volunt. pag. mihi 497. Mantz, de success. ab intest. dissert. 3. quaest. 2. n. 17. Card. de Lugo, de Just. & Jur. disp. 24. seft. 8. §. 3. n. 182. Bach. ad Treutl. volum. 2. disp. 16. Thes. 4. lit. C. & hanc sententiam receptam in Camera testatur Myns. 6. obs. 55.



TA.

## TABULA II.

*De Successione Ascendentium remotioris & equalis gradus, sed diversi numeri.*



## CASUS.

*Quomodo hic præmortua Avia maternum, i. & Matrem n. 2. Patrem n. 3. ultimo defuncto filio sive Nepoti n. 4. notato, succedat Avus & Avia ex linea paterna, & solus Avus ex linea materna.*

IV. Si parentes ulterioris, sed & equalis gradus, diversæ autem lineæ & numeri, divisio hæreditatis fit secundum lineam, ita ut ad lineam Paternam sive unus, sive plures fuerint, media hæreditas, ad maternam verò sive itidem unus, sive plures, altera media devolvatur; unde in proposito casu tantum accipit solus Avus maternus, quantum Avia & Avus paternus simul, facta divisione non secundum capita succendentium, sed secundum stirpes, non ex jure representationis, quasi Avus & Avia paterna repræsentent tantum unum patrem, & sic tantum accipient, quantum ille si supervixisset, & è contra Avus maternus unam matrem, & sic tantum etiam accipiat, quantum ipsa, si non fuisset præmortua; Sed quia illud & talis divisio ita placuit Justiniano, in indifferentibus enim & mere positivis sufficiat placitum Principis.


Novell. 118. cap. 2. Carpz. Jurisp. forens. part. 3. constit. 17. definit. 3.  
Richter, de success. ab intest. sect. 2, membr. 1, n. 12.

AT TABULA

### TABULA III.

*De Successione Ascendentium in æqualis gradus.*

Avus — Avia.



### CASUS.

*Quonodo premortua matre sub. n. 1. ultimo defuncto filio sub. n. 2. Superstes  
Pater & Avus. Aviaque materna succedant.*

V. PLuribus Ascendentibus concurrentibus nullo habito respectu bo-  
norum & linea<sup>rum</sup> semper proximior excludit remotiorem secundum  
gradus prærogativam.

D. cap. 2. Novell. 118.

Quapropter Pater conjunctus filio defuncto in primo gradu, ex-  
cludit Avum & Aviam maternam secundi gradus, nec hic jure repræsenta-  
tionis possunt intrare in locum matris, tanquam suæ filiæ, cum idipsum  
in linea ascendi<sup>n</sup>ti nunquam concedatur; Nec obstat, quod sicuti in linea  
descendi<sup>n</sup>ti locum habet, ita etiam in ascendi<sup>n</sup>ti locum habere debeat,  
non enim procedit argumentatio relatorum, si subsit diversitas causæ &  
rationis, cum enim magis debeatur Parentum hæreditas filiis, quam Pa-  
rentibus filiorum hæreditas, potius etiam horum successio tanquam favo-  
rabilior per Jus repræsentationis extendenda.


Schneid. de secundo ordine succedendi n. 21. Richter, citat. Loco. n. 7.  
Carpz. dicta constit. 17. definit. 8.

F

TABULA

## TABULA IV.

*De Successione Ascendentium primi gradus cum Collateralibus  
primi gradus.*



CASUS.

*Quomodo in Successione filii defundi concurrant Pater & Mater, Frater Germanus & consanguineus.*

**VI.** Frater Germanus in successione Fratris excluso consanguineo simul cum Patre & matre concurrit in capita, ita ut fiant tot partes aequales, quot personæ succedentes, hæ autem tres, ergo etiam tres partes facienda.

Novell. 118. cap. 2.

Ratio exclusi consanguinei, quod per se in successione collaterali propter duplicitatem vinculi excludatur a solo fratre Germano, uti infra, multò magis ergo excludendus ab ascendentibus simul, velut jure potioribus; qui regulariter omnes collaterales excludunt, nisi extet ratio certi privilegii, quod eos admittat, ut quidem in successione Fratrum utrimque non autem uno latere junctorum, cui non obstat, I. ult. C. ad S. C. Tertyl, veluti per dictam novellam tanquam posteriorem correcta & sublata.

Uti Richters descessit, ab intest. seq. 2. membr. 1. n. 22. Sande decifiones Frisicæ, lib. 4. Tit. 8. definit. 4. Schneid, ad Institut. de secundo ordine succedendi n. 23.

Et priora obinent, sive personæ concurrentes masculi, sive foeminæ, sive emancipati, sive sui; quia in omnibus ut potè durante & permanente causa sanguinis, eadæ quoque ratio successionis, ita quidem, ut et si frater succedens sit in potestate ascendentis, attamen quoad suam partem velut in peculio adventitio Patri non adquiratur ususfructus, cum jura non permittant simul habere partem proprietatis & simili quoad aliam partem usum fructum.

Novell.

Novell. 118. cap. 2. Cardin. de Lugo de Just. & Jur. disp. 24. sect. 8. §. 3.  
n. 179. Molin. de Just. & Jur. tract. 2. disp. 163. n. final.

## TABULA V.

*De Successione Ascendentum remotioris, & Collateralium primi gradus.*

Abavus.



I.  
Proavus.



z.  
Avus.



3.  
Pater.



4.  
Filius — Frater — Frater.

## CASUS.

Quomodo præmortuo Proavo sub n. 1. Avo. sub. n. 2. Patre sub n. 3. ultimo de  
functo filio sub n. 4. succedant dno fratres cum Abavo superfite.

VII. Ascendentes in infinitum succidunt cum collateralibus, & hic Abavus cum reliquis defunctis fratribus in capita, non quidem propter proximitatem gradus, nam certum fratrem respectu fratri esse gradu proximiorem, quam prædictum Abavum, sed propter prærogativam Juris, quia indistincte omnes ascendentes admittuntur cum collateralibus primi gradus; nam Novell. 118. Germanos vocat cum Ascendentibus, & non Germanos cum solo Patre & Avo; Ascendentum autem nomine æquè venit Abavus, quam Pater aut Avus, ergo aliis præmortuis, velut omni impedimento sublatu æquè succedit.

Scheppell. prompt. Juris civilis, Tit. 24. §. 6. n. 4. Richters de succeß, ab intest. sect. 2. membr. 1. n. 13.

Non obstat primum. Quod Novella cum collateralibus tantum admittat proximiores Ascendentes, Abavus autem non proximior, ergo, Respondeo negando minor. Nam Abavus hic proximior, quippe talis, quem nemo antecedit.

L. proximus 9. ff. de verbor. signific.

F 2

Sed

Sed Abavum aliis præmortuis nemo antecedit, ergo.


Non obstat secundò, quod fratres admittantur cum solis parentibus & excludant Avum, multo magis Abavum, nam si vinco vincentem te, multò magis vinco te. Respondeo Fratres admitti cum solis parentibus, si adfint, & excludere Avum; non ex sua persona, sed persona Parentum viventium, qui cum mortui, Avus non excluditur, & cum Avus mortuus, neque Proavus, & cum Proavus mortuus, neque Abavus vivens, velut alius præmortuis jam proximior; licet enim Pater vivens, vincat Avum, & Avus vivens Abavum, non tamen mortui, quia jam vici, vicitus autem non vincit vincentem.

Non obstat Tertiò L. in successione 9. S. I. de legitimis hæredibus, ubi soror excludit Avum, ergo Ascendentes remotiores non concurrunt cum collateralibus, Respondeo legem istam adhuc respicere Jus Antiquum, ubi soror velut Agnata excludebat Aviam maternam tantum cognatam, hodie autem illa agnationis & cognitionis differentia per Novell. 118. sublata.

Ludvvell. de ultim. volunt. pag. mihi 499. Schneid. de secundo ordine succedendin. 25. & seqq. Richter. citat. loco.

## TABULA VI.

De Successione Ascendentium remotioris gradus diversi numeri  
& Lineæ & Collateralium.



## CASUS.

Quomodo hic præmortua Avia materna sub n. 1. Patre sub n. 2. Matre sub n. 3. & filio ultimo defuncto, de cuius hæreditate queritur sub n. 4. succedant Avus Avia ex linea Paterna, & solus Avus ex linea materna, & ultimi defuncti frater.

VIII. Sc.

VIII. Secundum dicta tabula secundæ hujus capitatis, si solus Avus & A-  
via ex linea paterna, & solus Avus ex linea materna adessent  
succederent in stirpes; Jam autem cum simul concurrat defuncti frater,  
successio sit in capita pro numero personarum, ita ut nemo alteri in por-  
tione prævaleat, sed æqualiter hereditas dividenda, cuius rationem dat.

Bachov. ad Treutl. volum. 2, disp. 16. Thes. 4, lit. C.

Eò quod hoc casu non sit commoda alia divisio, non enim debet ha-  
bere frater partem solius Avi Paternæ, aut solius Avi Paternæ, alioquin  
contra Novell. 118. succederet in stirpes; neque etiam solius Avi materni,  
alioquin sicut ille duplum plus accipit, quam solus Avus Paternus aut sola  
Avia Paterna, ita ipse quoque acciperet, quod injustum ut Frater plus ca-  
piat, quam Avus aut Parentes ex linea ascendentis & potiore jure juncti;  
melius itaque secundum dicta superius omnes accipiunt partes æquales,  
ita ut Fratri concurrenti præ uno aut altero, neque plus, neque minus ob-  
veniat.

Borcholten de gradibus pag. milii 224. Mantz. de success. ab intest. dissert.  
4. n. 76.

## TABULA VII.

De Successione Ascendentium primi, & Collateralium posterioris gradus.

Pater

2.  
Filius

Mater

1.  
Frater

Filius

Filius

## CASUS.

Quomodo hic præmortuo Fratre sub n. 1. ejusdem liberum cum Parentibus viuen-  
tibus succedant Patrio ultimo defuncto sub n. 2.

IX. Cum ascendentibus (Exclusis tamen Fratum nepotibus, ad quos in  
linea collaterali Jus repræsentationis non extenditur) non tantum  
Frates, sed etiam eorum filii ex prædicto Jure repræsentationis, per quod  
intrant in locum sui Patris, succedunt Patrio saltem in stirpes, detrahen-  
do tantum ex hereditate, quantum detraxisset illorum Parens, si vixisset.  
Novell. 127. Schneid. de secundo ordine succed. n. 28. & seqq. Carpz. Ju-  
risp. forens. part. 3. constit. 17. definit. 4. Richter, citato loco. n. 17.

*Succesio Allodialis & Feudalis.*

Cui non obstat primò, Novell. 118. ca p. 3. s. sed & ipsis, ubi in successione Ascendentium excluduntur Fratrum filii, Respondeo, hæc Novella per Novell. 127. uti in ea profitetur. Justinianus, correcta sicut bene notat.

Bachov. ad Trentl. volum. 2. disp. 16. Thes. 4. lit. g.

Non obstat secundò; Quod hic fratrum filii soli, uti infra dicetur, debeant patris fratri sive Patruo succedere in capita, adeoque andem portionem accipient, quam Parens aut mater defuncti, & non solam portionem sui Patris concurrendo in stirpes.

Respondeo primò. Fratrum filii soli succedunt in capita, si alii non adsint gradu proximiores, hic autem adsint defuncti Pater & mater, velut proximiiores, ergò. Respondeo secundò succedunt itidem in capita, si soli adsint in sola linea collaterali, non autem si simul in linea ascendentis cum parentibus concurraunt, tunc enim nunquam veniunt ure proprio, sed semper ex indulgentia & Privilegio Principis; quod ita interpretandum, ut quam minimè Parentes & ascendentes lèdat, vald autem lèderet, si omnes Fratrum filii non secundum stirpes, sed secundum se & proprias personas succedere deberet in capita; adeoque cum successio collateralium cum Ascendentibus, sit Juri specialis, non temerè e tendenda aut amplianda.

Uti Bachou, citat. loco, Mantz, de successo, ab intestato, dissert. 4. n. 61.

VIII.

X. Et hactenus quoad Allodialia, in feudalibus enim successio Ascendentium incognita.

2. FF. 50. & 84.

Nam cum jure veteri feudali nulla successio admittere ur, sed omnia feuda essent precaria, vel saltem instar ususfructus cum persona extinguerentur; postmodum introducta successione, cum raro contingere filios ante Parentes mori, & sic raro Parentes filiis succede: e, nova constitutio se eò velut ad casum rarum non extendit, Proinde feuda quoad Ascendentibus pristinum statum successionis in expertum reti uerunt,

Vultej. lib. 1. de feudis, cap. 9. n. 101.

Cum in concessione feudi quis sibi, & posteris, non Ascendentibus aut Parentibus prospicere videatur.

Arg. 2. FF. 18.

Nec enim ascendentes tanquam seniores ita habiles censentur ad servitia militaria ex feudis debita, quam descendentes velut Juniores.

Halyzerus Analysis Juris feudalis cap. 7. Richters, de successo, ab intestato, sect. 2. membr. 1. n. 26, ibique citati tanquam communis Doctorum sententia,

Ita

Ita quidem, ut nec Patri in feudo filio quæsito debeatur ususfructus; præsertim si occasione militiae vel quasi ex professione, vel cum tali pacto, ne ad Patrem ususfructus transeat, concessum.

§. 1. Inst. per quas personas cuique adquiritur Auth, excipitur C, de bonis quæ liberis.

Unde alii de pagano, simpliciter dato, meritò dubitant, probabilior tamen sententia etiam ad priorem opinionem inclinat. Probatur Primiò, quo pertinet incommodum, etiam pertinebit commodum.

Arg. 1, 10, ff. de regulis Juris.

Sed incommodum servitorum militarium in concessione feudi pertinet ad filium, ergo etiam commodum ususfructus. Probatur secundò; quando de Jure civili in allodialibus hoc actum, ut rei datæ ususfructus non transeat in Patrem, etiam non transit.

D. Auth, excipitur.

Multò magis in feudis, in quibus hoc non tantum à concedente, sed etiam ipso jure actum videtur.

Vultejus lib. 1, de feudis cap. n. 8.

Non obstat primo. Quod Pater & filius habeantur pro una persona.

L. ult, C, de Impuber. & aliis substitut.

Adeoque quidquid adquirit filius, adquirit suo Patri.

§. 4. Inst. de in util. stipulat.

Respondeo hoc cessare, si aliter à lege & jure statutum, ut expressè in peculio castrensi, cuius naturæ censetur esse feudum. Non obstat secundò, quod feudum sit ususfructus, qui semper adquiritur Patri,

L, ex liberis final, c. de usufructu.

Respondeo: Alia ratio ususfructus allodialis, & alia feudalis, respectu cuius nec voluntas Domini, nec æquitas permittit, ut Patris fiat.

Non obstat Tertio; quod hic casus jure feudali non decisus, adeoque ad jus commune recurrentum, quod usum frumentum Patri concedit.

2. FF. 1.

Respondeo negand. anteced, nam jure feudal non tantum ea decisa, quæ expressè & verbis expressis decisa, sed etiam, quæ ex similitudine per legitimam consequentiam decisa.

Arg. 1, nominis 6, ff. de Verbor. signif.

Non obstat quartò. Quod fructus ex feudo, de quibus hic quæstio, non sint feudales, sed allodiales, adeoque decisio petenda ex allodio & jure civili. Respondeo: Non attendi solo fructus, sed etiam jus percipiendi, & sicuti in peculio castrensi patri ne quidem adquiruntur fructus, ita nec in feudo.

IX.

XI. Manet igitur regula, quod in successione fendi non veniant ascen-  
desc.

deates, in qua tamē sequentes exceptiones notandæ. Prima, Nisi filius non ob sua, sed Patris benē merita de feudo investitus.

Obrecht, de feud. disp. 10. n. 23. & seqq. Ludvvel. de feudis cap. 10.

Secunda. Nisi pater favore filii feudum, quod prius habuit, refutaverit.

Mynf. 3. obs. 93.

Tertia. Nisi consuetude loci inducat successionem Ascendentium, aut pacto ita specialiter cautum, nam tenor investituræ ante omnia inspiciendus, qui potior omni Jure feudalī, & semper illi derogat.

Gail. 2. obs. 56. n. 15. Mynf. obs. 76.

Cum Contractus ex conventione legem accipient.

L. depositum. 1. §. 6. ff. depositi. cap. 85. de regul. Juris in sexto ; Vultejus de feud. dict. cap. 9. n. 101. Richters, de success. ab intest. fed. 2. membro. 1. n. 27.

Unde statuendum, in hisce casibus, in quibus Parentes & Ascendentes ad successionem feudi vocantur, etiam fratres utrinque conjunctos sicut in successione allodiali simul admittendos, quippe isti casus Jure feudalī non decisi, adeoque in defectum, civili dispositioni in hærendum.

Arg. 2. FF. 1. in fin.

Nec movet, quid Pater quoad computationem Juris civilis sit proximior filio defuncto, quam defuncti frater; cessat enim pro imitas gradus, quando quis vocatur ex speciali privilegio, & certa provisione legis, uti hic frater cum ascendentibus.

Novell. 118. cap. 2. Rosenthal de feud. cap. 7. conclus. 4. in fin. Ludvvel. de ult. volunt. pag. mihi 502. Lud. de feudo cap. 10.

## CAPUT II.

### *De successione Parentum Illegitimorum.*

#### SUMMARIUM.

1. Eodem modo quo liberi illegitimi succedunt Parentibus, etiam parentes succedunt liberis.
2. Et cum spuriis nullo modo succedant, nisi quod alimenta accipient, ita nec Parentes ab illis plus accipere possunt.
3. Naturales filii collaterales & fratres naturales probabiliter in matre veniunt in capita.

I. IN successione Parentum Illegitimorum non est magna prolixitas querenda, nam iura successionis reciproca, sequitur quo modo & quibus Parentibus succedunt liberi, eodem modo & iisdem liberis succedunt parentes, & quæ ratio impedit filium à successione Parentis, eadem multò

multò magis impediet Patrem à successione filii, cum potius Pater debet  
at privari successione propter delictum proprium, quam filius propter  
alienum & Paternum.

Schneid. ad inst. de secundo. ordine succedendi. n. 43.

Hinc sicut naturalis deficientibus tandem legitimis & legitima  
uxore Patri succedit in duas uncias ita etiam Pater naturalis hisce deficien-  
tibus eodem modo succedit, & sicuti naturalis matri æquè succedit, quam  
alii ex legitimis nuptiis nati, ita etiam mater illi non secus ac aliis ex le-  
gitimo thoro natis succedet; idque ut parietas servetur, & eadem men-  
sura, sicuti Parentes prospiciunt liberis, ita & Parentibus compensetur.

## II.

II. Spurii ex damnato coitu, incestu & adulterio nati, cum ob detesta-  
tionem Paterni criminis, neque Patri, neque matri succendant.

Auth. ex complexu C. de incestis nuptiis.

Ita nec iis Parentes ob crimen proprium, lex enim non vult illos li-  
beros aut Parentes nominari.

§. si adversus 12. Inst. de nuptiis.

Carentes itaque nomine carebunt etiam effectu nominis.

Carpz. Jurisp. forens. part. 3. constit. 18. definit. 25. in fine.

Interim cum æquitas canonica velit spurii alimenta à Patre relin-  
qui, ita & filii Parentibus relinquere debent.

Cap. cum haberet. 5. ext. de eo qui duxit in matrem, quam polluit. Rich-  
ters. de succēs. ab intest. sect. 2. membro 3. in fin.

Cum non possint illi ita objicere crimen; carpentibus enim aliis  
ipsi laudare tenentur Parentes.

Mantz. de succēs. ab intest. dissert. 3. n. 61.

## III.

III. Si cum Ascendentibus Patre & matre concurrant collaterales  
& fratres naturales in successione naturalis, tum certum Patrem non plus  
auferre, quam ad summum duas uncias, quoad reliquam partem probabi-  
le Fratres cum matre concurrere in capita. Cui non obstat. quod na-  
turalis tantum matrem & ventrem sequatur & sic habeatur pro uterino,  
uno solum vinculo juncto, qui semper ab ascendentibus & matre excludi-  
tur. Respondeo hoc accipientum quoad effectum civilem, quomodo Pa-  
ter velut illegitimus & incertus non agnoscitur; interim tamen eum ag-  
noscit natura, secundum quam duplicitas illa vinculi in relatione fratribus  
naturalis ad fratrem naturalem negari nequit; adeoque neque deneganda  
G succēs-

successio; quippe, que non tam ex vinculo civili, quam naturali necessitate ex Jure Sanguinis defertur. Unde licet frater naturalis habeatur prouterino, est tamen in re ipsa Germanus.

Mantz, de successione, ab intest. dissert. 4. n. 91.

## CLASSIS IV.

*De Successione Collateralium sive transversalium.*

### SUMMARIUM.

1. Post descendentes & Ascendentes Collaterales succedunt usque ad decimum gradum.
2. In feudis, siquidem collaterales descendunt a primo adquirente, in infinitum, alias tantum admittuntur usque ad septimum gradum.
3. Collaterales sunt Fratres, Sorores (ceteri) Agnati, Fratres vel legitimi, vel illegitimi, legitimi, vel Germani, vel consanguinei, veluterini.

I.

**S**uccessione descendientium & Ascendentium deficiente, proxime ordo tangit transversales & collaterales, non quidem in infinitum ut in linea descendenti & Ascendenti, sed omni agnationis & cognationis differentia jure novo sublata usque ad decimum gradum.

§. ult. Inst. de successione. Cognatorum, Molin. de Just. & Jur. tract. 2. disp. 164. n. 18. Laym. Theolog. moral. lib. 3. tract. 4. cap. 6. n. 4. Schnid. de tertio ordine succendi n. 38. Berlich. conclus. part. 3. conclus. 24. n. 103. Carpe. Jurisp. forens. part. 3. couit. 18. definit. 31. & respon. Juris lib. 2. respon. 42. n. 1. & 2. Mantz, de successione, ab intest. dissert. 6. quæst. 4. n. 38. Gail. 2. obs. 150. n. 1.

Probatur primò, si enim collaterales in infinitum admittendi nulla vel vix supereret spes successionis uxori & filio; sed hoc non admittendum, ergo.

Probatur secundò, successio collateralium non ita favoribilis sicuti descendientium & ascendentium, ergo non eodem modo admittendi, sed certus terminus & modus usque ad decimum gradum constituendus.

Non obstat primò. 1. 2. §. 1. ff. de suis & legitimis hereditibus, ubi agnati sunt in infinitum. Respondeo, dicuntur quidem agnati in infinitum, sed non in infinitum cum effectu successionis. Non obstat secundò, Novell. 118 cap. 3. §. 1. ubi omnes agnati admittuntur, sed particula omnis omnia etiam comprehendit, ergo Respondeo: Particula omnis omnia comprehendit; quæ apta sunt comprehendi secundum Interpretationem Juris, quomodo cum detur etiam locus successioni filii, debet aliquis finis constitui in collateralibus.

Et

In suis disp. volum. 2. disp. 16. Thes. 5. lit. h. ibique Bachov. Ludv. de ult. volunt. pag. mihi 522.

II.

Qui idem etiam indistincte admittit in feudis,  
Arg. 2. FF. 31. & 50. Berlich. conclus. part. 2. conclus. 53. n. 13. Lud. de feud. cap. 10. Boceri class. clas. 5. disp. 18. Thes. 33.

II. Nos ad conciliationem textuum distinguimus, an feudum antiquum, sive an successor collateralis descendat ex primo adquirente, tunc enim, cum non succedat collaterali ultimo defuncto, sed semper primo adquirenti, cuius non collateralis, sed descendens, procul dubio jure descendientium in infinitum admittendus, & sic intelligendi.

Citat. Textus. 2. FF. 31. & 50.

Vel est feudum novum primum à collaterali acquisitum, cui immediate alter collateralis non quidem Jure feudal, sed speciali pacto aut statuto successurus, & tunc successio non extenditur ultra septimum gradum.

1. FF. 1. §. 4. 1. FF. 8. §. 2.

Nam cum secundum contrariæ sententiaz Doctores concedatur, Jure veteri quidem successionem collateralium fuisse ad septimum gradum, profectò cum illud tantum mutatum quoad feudum antiquum & non quoad novum, ia quo successio feudalis Jure ordinario incognita, in feudo novo servabitur constitutio Juris veteris.

Rosenthal. de feudis cap. 7. conclus. 56. & 59. n. 15. & seqq. Obrecht. disput. feudal. disp. 10. in infin. Myrl. 2. obs. 95. Gail. 2. obs. 150.

III.

III. Collaterales sunt fratres, sorores, aliique ex latere juncti, qui vel ex illegitimo vinculo, ut Fratres naturales & spuri, vel legitimo idque uno vel duplice; Duplice vinculo juncti, voeantur fratres. Germani, Brüder und Schwestern von voller Geburt oder bei dem Bänden / velut unum Patrem & unam matrem habentes: Uno vinculo Juncti Brüder von einem Band, Halb-Brüder/Stief-Brüder/ qui si haberint eundem patrem, sed diversam matrem, sunt consanguinei, si eandem matrem, sed diversum Patrem, dicuntur uterini.

Besoldus Thesaur. prædicto verbo Geschwistergle.

**CAPUT I.***De Successione Collateralium Ejusdem & duplicitis vinculi.***SUMMARIUM.**

1. *Plures fratres & sorores ejusdem & duplicitis vinculi succedunt sibi invicem in capita.*
2. *Sive bona paterna, sive materna.*
3. *Sive Allodialia, sive fendalia, quamvis ab his excludatur soror & frater fratri non aliter succedat, quam si fendum ab ascendentibus, unde de quæ situm.*
4. *In fendo enim novo primum a fratre quæsto Frater Fratri regulariter non succedit, nisi hoc specialiter actum.*
5. *Frater & Fratrum filii succedunt alteri Fratri in stirpes.*
6. *Etiam in fidelibus.*
7. *Plures Fratrum filii soli diversi numeri in successione Patrui concurrunt in capita.*
8. *Frater in successione Fratris excludit alterius Fratris Nepotem.*
9. *Filius Fratris excludit Avi Fratrem in successione Patrui.*

**TABULA I.***De successione Fratrum Germanorum.**Frater — Frater — Frater — Soror.***CASUS.**

*Quomodo hic soror, & duo Fratres superstites, succedant quarto Fratri defuncto cruce signato.*

I. *FRatres & sorores ejusdem vinculi & primi gradus, nullis relictis descendentibus & ascendentibus, exclusis omnibus aliis collateralibus & agnatis proximè succedant fratri defuncto in capita, tot factis porti- nibus æqualibus, quo sunt personæ succedentes.*

*Novell. 118, cap. 3, in princip.*

*Nam si fratres juxta dicta superius cum ascendentibus velut jure potioribus succedant in capita, multò magis sibi invicem ita succident.*

*Molin. de Just. & Jur. tract. 2. disp. 104. Richters. de success. ab intest. sect. 3. membro 1. n. 7.*

*Nulla facta differentia.*

*Primo. Sive fratres ab initio legitimè nati, sive ex post facto legitimi, saltem per subsequens matrimonium, quia & hi per omnia jura legitimorum consequuntur, non aliter ac si semper legitimè nati.*

*Schneid.*

*Succes<sup>s</sup>io Allodialis & Fendalis.*

55

Schneid. ad Inst. de tertio ord. succedendin. 5. &c 36. Mantz. de succes<sup>s</sup>. ab intest. dissert 5. quæst 1. n. 17. & dissert. 6. quæst. 2. n. 69.

II. Secundò, sive bona materna, sive paterna, nam diversitas illorum bonorum, postquam ad unum defunctum pervenerunt non amplius attenditur, sed incipiunt esse unum idemque Patrimonium:

Schneid. citat. loco. n. 6. Mantz. cit. loc. n. 85.

Nisi quod moribus multorum locorum constitutum; quod sicut Frater Germanus excludit sororem germanam quoad res expeditorias, filius agnatis per lineam masculinam junctis debitas, ita soror germana fratrem germanum in utensilibus & Gerada, cognatis per lineam fæmininam junctis debita.

Berlich. conclus. part. 3. conclus. 24. n. 4. & seqq. Richters. de succes<sup>s</sup>. ab intest. sect. 3. membro. 1. n. 107. & seqq.

Quid autem pertineat ad Geradam & quid ad res expeditorias.

Vide eundem Richters. sect. 1. membro. 1. n. 56. & 68. Carpz. responsa

Juris lib. 1. responso 93. 94. & 95.

III. Tertio sive bona Allodialia sive feudalia, licet quoad hæc cum soror tanquam filia non succedat Parentibus, juxta dicta Classis secundæ multò minus soror tanquam soror succedet fratribus: Potior enim successio filiorum & descendientium, quam sororum & collateralium.

1. FF. 1. §. 3. 1. FF. 8. §. final. 1. FF. 24.

Frater tamen fratri regulariter succedit saltem in feudo antiquo & paterno, quod quis non habet à se ipso sed suo antecessore; non autem in novo, quod habet initium in fratre, velut primo adquirente.

Rosenthal de feudis cap. 7. conclus. 56. Vultejus de feudis lib. 1. cap. 9. n. 105. Richters de succes<sup>s</sup>. ab intestat. sect. 3. membro. 1. n. 97.

Ratio prioris, quod in feudo antiquo, Frater potius succedat ascendi<sup>t</sup>enti tanquam descendens, quam Fratri tanquam Frater; in feudis enim successio non ab ultimo defuncto, qui Frater, sed primo adquirente, qui ascendens, demetienda, descendentes autem ascendentibus semper succedere diximus supra.

Vultejus citat. loco n. 102.

IV. Ratio posterioris quod adquisitione feudi, quis sibi & posteris providere voluerit, Frater autem respectu Fratris non nominatur inter posteros, ergo etiam non succedet; etiam si simultaneè investitus, nam investitura simultanea ex se sola successionem non tribuit, cum quivis censematur pro medietate feudum adquisivisse, consequenter facta divisione unus in alterius medietate nihil juris retinet.

G 3

2. FF.

*Succesio Amodialis & Pendalis.*

2. FF. 12. Rosenthal, de feudis. cap. 7. conclus. 58. n. 4. Vultejus citat. loco. n. 104, sixtinus. de regalibus lib. 2. cap. 12. n. 41. Perlich. conclus. part. 2. conclus. 53. n. 28.

Cui non obstat, quod simultaneè investiti sint conjuncti, quibus ex jure accrescendi una pars deficiens accrescit alteri.

Arg. I. un. C. de Caducis tollendis.

Respondeo primò citatam legem loqui de ultimis voluntatibus, ad quarum conservationem multa sustinentur, eo quod sit concessio merè liberalis, in qua vix ulla spes, ut ad concedentem revertatur, in concessione feudi vero semper illud agitur, ut vasallo sine liberis mortuo feudum re-deat ad concedentem, adeoque concedens sibi potius prospexit videtur quam simultaneè investito, potius igitur illi, quam huic feudum adjudicandum.

Rosenthal, de feud. cap. 6. conclus. 76.

Respondeo secundò nos versari hic in contractibus & pactis, unde feudum, descendit, in quibus jus accrescendi non habet locum cum judicentur juxta formam, secundum quam inita.

Ludvvel. de ult. volunt. pag. mihi. 144.

Respondeo tertio, hic questionem esse de partejam adquisita, quæ non subjicitur juri accrescendi.

Lud. eadem pag. 148.

Et hæc obtinent nisi aliter specialiter cautum, ut inquam Frater Fratri succedat, das sic / ajunt Germani, mit belehnet werden / und die gesammte Hand haben. Nam omnes actus ex conventione legem accipiunt, & ante omnia tenor & pactum investituræ inspiciendum, quod omni feudorum Juri & naturæ derogat.


Carpz. Jurisp. forens. part. 3. constit. 28. definit. 4. n. 4. Gail. 2. obs. 50. n. 2. & 15. & 2. obs. 151. n. 4.

Quo casu tamen collaterales non succedunt in infinitum, sicuti facerent, si ex primo adquirente descenderent, sed tantum usque ad septimum gradum, uti dictum suprà hac classe quartâ.



TABU-

## TABULA. II.

De successione Fratris & Filiorum  
Fratris.

## CASUS.

An & quomodo p̄emortuo horum duorum filiorum Patre sub. n. 1. Patruo si-  
ve Patris Fratre sub. n. 2. predicti filii cum altero Patruo vivente in  
successione concurrant.

V. FRatrum sororumque utrimque conjunctorum filii, de jure Novel-  
larū concurrunt cum Patruo in successionē alterius Patrui in stir-  
pes ex jure repräsentationis, quo etiam in linea collaterali repräsentant su-  
um Patrem, in illiusque Jus subintrant, tantum ex hæreditate detrahentes,  
quantum detraxisset Pater, sivixisset: Surrogatum enim meritò induit na-  
turam ejus, in cuius locum surrogatum.

Novell. 118. cap. 3. Auth. cessante C. de legitimis hæredibus Mantz. de  
success. ab intest. differt. 5. quæst. 1. n. 30. Berlich. conclus. part. 3. con-  
cluſ. 24. n. 8.

Idque in bonis allodialibus saltem de jure communi, contrarium ju-  
re saxonico, quod in linea collaterali nullam repräsentationem agnoscit,  
adeoque hic frater in successionē Fratris excluderet alterius Fratris libe-  
ros.

Carpz. Jurisp. forens. part. 3. constit. 28. definit. 1. Richters de success.  
ab intestat. sect. 3. membr. 1. n. 18. & 12.

Dixi autem notanter quoad bona allodialia, nam in feudalibus, sicut Jure com-  
muni & Saxonico in linea collaterali saltem usque ad fratris filios admittitur jus re-  
präsentationis, etiam admittendum ut ex jure repräsentationis succedant in locum  
parentis & concurrant cum aliis fratribus gradu proximioribus in stirpes.

2. FF. 11. Berlich. conclus. part. 3. conclus. 40. pertotū. Richters citat. loc.

Etiam si in investitura positum nach rechtem Sipzahl/ nam hæc verba non aliter in-  
terpretantur quam de jure communi, sed jus commune propterea non excludit jus repræ-  
sentationis, ergo nec Jus Saxonicum.

Richters. de success. ab intest. sect. 3. membr. 1. n. 4. Berlich. citat. loco.

Non obstat primo, quod feudum proprium, inquam, ex pacto & providentia  
non deferatur Jure successionis legitimæ, sed jure sanguinis & proximitatis, Frater  
autem respectu Fratris, sicut proximior sanguine quam fratris filii, ita etiam fratris  
filios

filios velut remotiores à successione excludet. Respondeo: Hoc quidem locum habere in cæteris agnatis remotioribus quippe in quibus cessat jus repræsentationis, non autem in fratum filiis, qui indistinctè suos Parentes repræsentant.

Propter generalitatem textus. 2. FF. II. qui potius intelligendus de prædicto feudo proprio, quam secundum contraria sententia Doctores de **impropri** & merè hæreditario, quod postmodum secundum dicta superius primum inventum. Non obstat secundò, quod feudum non deferatur ex dispositione legis uti hæreditas, sed ex dispositione hominis per concessionem Dominicam, in qua fictio illa juris repræsentationis non habet locum. Respondeo negando assumpt. Nam licet feudum non ita deferatur ex lege sicut hæreditas, non tamen etiam planè defertur ab homine, uti si deicommisum, sed partim à lege, partim ab homine, qui præsumitur se legi accommodare voluisse.

Curtius junior de feud. part. 3. membr. 3. n. 60. Rosen<sup>al</sup> de feud. cap. 7. concluſ. 56. n. 15. & seqq.

Et ab hac sententia velut per totam Germaniam recepta non facile in judicando recedendum dicit.

Vultejus lib. 1. de feud. cap. 9. n. 109.

Quamvis contrariam veritati Theoricæ magis consentaneam putet.

### TABULA III.

*Quomodo plures Fratrum filii soli diversi numeri succedant defuncto Patre.*

+ 3. Frater —	+ 2. Frater —	+ 1. Frater
------------------	------------------	----------------

Filius —	Filius —	Filius —	Filius —
----------	----------	----------	----------

### CASUS.

*Quomodo premortuo ultimo Fratre, Patre trium filiorum sub n. 1. & altero Fratre, Patre unius filii sub. n. 2. Tertio Fratrisve Patruo sub. n. 3. succedant tres filii ex uno Fratere & unus ex altero Fratre.*

**VII.** PLures fratrum filii diversi numeri unus ex uno & tres vel plures ex alio non succedunt ex Jure repræsentationis Patruo defuncto in stirpes, sed in capita, ita ut hæreditas in quatuor partes æquales secundum numerum personarum dividenda, probatur primò. Jure antiquo omnis

*Successio Allodialis & Fendalis.*

missis successio erat in capita & nulla ex jure representationis in stirpes, sed hæc primum Jure novo & Novellarum introducta, nescilicet proximior in gradu remotiorem excluderet; quæ ratio cum hic cesset, cum nullus proximior, sed omnes in pari gradu, sic cessante causa novæ constitutionis, cessat ipsa constitutio, proinde recurrentum ad constitutionem Juris veteris, quæ tantum admittit successionem in capita.

Probatur secundò, frustra quis petit extraordinarium privilegium, quod ipso jure tutus, sed hic fratum filii soli sunt ipso jure tuti per successionem juris communis in capita; ergo frustra petunt aliquod speciale privilegium representationis, per quod representent alios proximiores, cum illis prædefunctis nullus talis adsit.

Probatur tertio, constitutione novissima Caroli V. de anno 1529. quæ procul dubio omnibus legibus & rationibus prioribus justè derogat, cum voluntas solius Principis hic pro ratione sufficiat.

Et hanc sententiam ex Theologis amplectitur Molin. tract. 2. disp. 164. n. 11. Cardinal. de Lugo de Juft. & Jur. disp. 24. sect. 8. §. 3. n. 189. Laym. Theolog. Moral. lib. 3. tract. 4. cap. 6. ex juris consultis. Carpz. Jurisp. forens. part. 5. constit. 18. definit. 4. Dicens illam in Parlamentis Gallicis & Foro Saxonico esse receptam. Berlich. conclus. part. 3. conclus. 24. n. 25. Richters. de succēs. ab intell. sect. 3. membr. 1. n. 66. Mantz. de succēs. ab intell. dissert. 5. quæst. 1. n. 55. Qui idem testatur receptum in constitutionibus Bavanicis. Greyp. burger Statt - Recht. Fol. 76. Myns. 3. obser. 94.

Nec hoc tantum in allodialibus sed etiam feudalibus, nam si jure

feudali quid non decisum, recurrentum ad jus commune & civile.

Richters & Berlich. citat. locis. Boceri. class. class. 5. disp. 18. n. 29. vul-

tejus. de feudis. lib. 1. cap. 9. n. III.

Plures objectiones pro & contra, videantur supra in classe secunda.




H

TABULA

foliis XI

## TABULA IV.

De Successione Fratris &amp; alterius Fratris Nepotis.



## CASUS.


*Au & quomodo hic præmortuo filio Patre nepotis sub n. 1. & Fratre Avi ne-  
potis sub n. 2. Avi Fratri, nepotis Patruo magno sub n. 3. succedat  
alter Frater superstes & nepos ex Fratre præmortino.*

VIII. Tām quoad feuda, quam allodia Frater in successione Fratris, ex-  
cludit alterius præmortui fratis Nepotem; Non enim hic ne-  
pot potest concurrere ex jure communi & proprio, quia sic semper pro-  
ximior in gradu, ut frater respectu Fratris excludit remotorem Fratris  
Nepotem; neque ex jure repræsentationis, quippe quod ultra fratrum  
filios in linea collaterali ad Nepotes non extenditur.

Richters de succēs, ab intest. seft. 3. membr. 1. n. 43. Schneid. de tertio  
ordine succedendi n. 12. & 13. Rosenthal, de feud. cap. 7. conclus, 57. n.  
6. & 11.

## TABULA V.

De successione Filii ex Fratre &amp; Avi Fratre.



## CASUS.

*Quando præmortuo Fratre sub n. 1. Avo sub. n. 2. ultimus defunctus filius sub  
n. 3. reliquit post se fratis filium & patris fratrem sive Patruum,  
quomodo succendant.*

IX. Filius

**IX.** Filius ex fratre excludit Patrum magnum sive Avi Fratrem in successione Patrui, licet cum ipso in æquali & tertio gradu, idque propter Jus repræsentationis, per quod intrat in locum sui patris, quasi secundo & proximiori gradu juncitus; sicut ergo exclusisset Pater, si vixisset, ita etiam ille, cum eodem jure cum Patre cœnsatur. Nam, si vinco vincem te, vinco etiam te, sed filius fratris germani duplicitis vinculis, vincit in successione fratrem consanguineum unius vinculi secundum dicenda cap. 2. qui vincit in successione Patrum.

Uti Schneid, de tertio ordine succedendi, n. 26.

Ergo multò magis ipse vincet Patrum.

Cardinal, de Lugo de Just. & Jur. disp. 24. sect. 8. n. 190. Molin, de Just. & Jur. tract. 2. disp. 164. n. 15.

Quod quidem de jure communi vix controversum, in foro Saxonicō autem, cum in linea collaterali Jus repræsentationis non admittatur, dicendum foret, quod cum filius ex fratre respectu Patrui cum patruo magno sit in æquali gradu, æqualiter etiam admittendus: Hoc tamen non obstante contrarium obtinuit, ut nihilominus nepos excludat Patrum magnum, cum magis debeatur hæreditas descendantibus, quam ascendentibus.

Carpz. Jurisp. forens, part. 3. constit. 18. definit. s. Berlich, conclus. part. 3. conclus. 24. n. 41.

Quæ regula tamen ulterius ex eadem ratione ad Fratrum nepotes non extendenda, nam post fratres, fratrumque filios sine ullo respectu semper proximior excludit remotiorem.

Mantz, desucceß, ab intest. dissert. s. quæst. 4. n. 1. Schneid. citat. loco n. 31.

## CAPUT II.

De Successione Collateralium unius & diversi vinculi.

### S U M M A R I U M.

1. Germanus, ejusq; filii in successione Germani quo ad bona allodialia excludent consanguineum & uterinum.
2. In fēndis Consanguineus & germanus alteri germano æqualiter succedunt, exclusa sorore Germana & fratre uterino.
3. Post Germanos eorumque filios veniunt proxime consanguinei & uterint æqualiter in capita.
4. Sive bona Paterna, sive Materna.
5. Frater consanguineus in successione fratris indistincte excludit alterius Fratris

*Fratri nepotem etiam duplicitis vinculi.*

6. *Frater consanguineus in successione consanguinei, excludit Patronum etiam dupliciti vinculo junctum.*

## TABULA I.

*De successione Germanorum & Consanguineorum ad se invicem.*



*Germanus — Germanus — Consanguineus.*

## CASUS.

*Quomodo hic Consanguineus & Germanus succedant tertio Fratri cruce signato.*

I. IN Allodialibus Frater Germanus ejusque filii propter Jus repræsentationis in successione Germani excludunt Consanguineum & uterinum.

Auth. post fratres. C. de legitimis hæredibus. Auth. itaque, C. communia de successionibus, Novell. 84. cap. 1. §. ult.

Nam duplex vinculum agnationis & cognitionis à Patre & Matre simul in Germanis plus ligat, quām unum agnationis tantum à solo Patre in Consanguineis, vel cognitionis tantum à sola Matre in uterinis.

Molin. d. disp. 164. n. 2. Berlich. d. part. 3. conclus. 24. n. 25. Richt. de succeß. ab intest. sect. 3. membr. 1. n. 2. & 3.

Adeò ut si soror statuto vel consuetudine excludatur in successione fratris à fratre, tamen non excludenda per consanguineum vel uterinum, quia omnia statuta, quantum fieri potest, secundum jus commune interpretanda, jus commune autem non permittit, ut Soror Germana excludatur per consanguineum, ergo nec statuta permittent.

Ludvwell de ult. volunt. pag. milii. 513. Mantz. de succeß. ab intest. dissert. 5. quæst. 1. n. 11.

II. In feudalibus exclusa Sorore Germana, quippé successionis feudalis incapax, & fratre uterino, nam vinculum cognitionis ex parte Matri hic nihil operatur; succedunt Fratres Germani & consanguineitam affendentibus, quām sibi invicem æqualiter, & quidem si soli adsint in capita, uno vel altero præmortuo cum ipsis filiis in stirpes. Nec in subjecta Materia quidquam ad rem facit duplicitas vinculi, cum unum ex parte Patris, quod æque in consanguineo respectu Germani, quām Germano respectu itidem Germani, tantum in considerationem veniat, & alterum

sum

rum ex parte Matris tanquam impertinens & superfluum non augeat succedendi effectum.

Gail, 2. obs. 151. Rosenthal. de feudis cap. 7. conclus. 57. Curt. Junior. de feud. part. 3. membr. 2. n. 56. Richter de success. ab intest. sect. 3. membr. 1. n. 35. Boceri class. class. 5. disp. 18. n. 26. & seqq.

## T A B U L A . II.

*De successione Consanguineorum vel uterinorum tantum, ad se invicem.*

Consang. — Consang. — Consang.

## C A S U S .

*Quomodo duo Fratres consanguinei ex diversis Patribus succedant tertio consanguineo cruce signato & jam ex alio Patre.*

III. Extra materiam feudalem post fratres utrimque conjunctos, eorumque filios proxime ad successionem vocantur Fratres uno latere juncti, sive concurrent uterini tantum, sive consanguinei tantum, siue uterini & consanguinei simul & si soli sint, succedunt in capita, si verò uno præfuncto existent ipsius liberi, successio fit in stirpes.

Auth. post fratres C. de legit. hæredibus. Novell. 84. cap. 1.  
IV. Sine omni differentia an bona Paterna, vel materna, nam licet liberi ex diversis Matrimonii, ut consanguinei ex uno Patre, Patri quidem æqualiter, Patribus verò separatis succedant.

Richt. de success. ab intest. sect. 1. membr. 1. n. 17. 24.

Sibi invicem tamen semper succedunt æqualiter.  
Bachov. ad Treutl. volum. 2. disp. 16. Thes. 5. lit. C. Ludvvell. de ult. volunt. pag. mili. 517. Schneid. de tertio ord. succed. n. 23. Fusissime Carpz. Jurisp. forens. part. 3. Constat. 14. defin. 1. 2. 3. & 4.

Probatur primò: Quando bona diversa ad unum defunctum devoluta fiunt unum proprium & simplex patrimonium, nec amplius inspicitur, unde bona provenerint, verum andefuncti propria, tunc omni diversitate subla à nulla fit successio diversa respectu bonorum, sed una & æqualis, sed bona diversa in uno defuncto fiunt ita unum Patrimonium, ergo respectu bonorum hic non diversa, sed æqualis successio admittenda, & æqualiter omnes succedent.

Probatur minor. Si diversa bona in uno defuncto non fierent ita unum Patrimonium, maneret diversum & diversa hæreditas & hæres succedens

*Succes<sup>s</sup>o Alloidalis & Feudalis.*

cedens non unum sed plures & diversos defunctus repræsentaret, hoc est absurdum, ergo.

Probatur secundò ubi textus non distinguit, nec nos distinguiere debemus, sed textus cap. 3. Novell. 118, non distinguit in diversitate bonorum, & tam uterinus, quam consanguineas ad se invicem indistincte vocat, ergo nec nos distinguiere deberimus.

Probatur Tertiò, si diversitas bonorum Paternorum & maternorum attendenda, consequens esset, ut consanguineus à Germano in successione Germani quoad bona Paterna non excludetur.

Contratab. i. hujus capituli 21.


Aut si nulla bona Materna, sed tantum Paterna, uterinum à consanguineo totaliter excludi, sed hoc contra intentionem Novell. 118. ergo.

Non obstat primo. I. 13.C. de legitimis hereditibus citata à Ligone de J. & J. disp. sect. 8. s. 3. n. 187. Respondeo: Isthos leges veteres, uti & multa alia per novas constitutiones Novellarum totaliter sublata, uti Bachov. citat loco.

Non obstat secundò votum paternum exagitatum à Mantzio de success. ab intest. disert. 5. quæst. 3. n. 7. propter quod desiderant Parentes bona sua longissimè, solum ad proprios liberos etiam à Personis liberorum & non alios ex alio Parente natos. v. g. uterinos transmittere. Respondeo: Votum hoc esse dubium & tantum præsumtivum, in dubio autem censetur defunctus potius se legi accommodare voluisse, alioquin cum potuerit aliter disponere, etiam aliter disposuisset.

## TABULA III.

*De successione Consanguineis cum Nepote ex Germano.*



## CASUS.

Quomodo premortuo filio Patre Nepotis sub. n. 1. & fratre Germano Avo ejusdem Nepotis sub. n. 2. Avi Fratri sive Patrio magno ultimo defuncto sub. n. 3. succedat ejusdem consanguineus, & Nepos ex Germano.

V. Licet.

**V.** Iacet filii Germani in successione Germani ob jus repräsentationis excludant consanguineum, non tamen ita Nepotes ex Germatio, sed hic indistincte à Consanguineo excluduntur, nam post fratres fratumque filios in linea collaterali, non amplius repräsentationis aut duplicitas vinculi attenditur, cum proximior in gradu semper excludat remotiorem, consanguineus ultimo defuncto in secundo, Nepotes verò ex fratre in quarto, ergo sed hos procul dubio velut remotiores excludet.

Mantz de succēs, ab intest, differt, 1. quæst, 1. n. 126. Schneid, de tertio ordine succedendi 1. 31. Berlich, conclus, part, 3. conclus, 24. n. 60. Carpz. Jurisp. forens, part, 3. constit, 28. definit 10.

Idem quoque ex eadem regula ad minimum de jure civili dicendum de filio consanguineinam hic velut proximior in tertio gradu, excludet iterum prædictos Nepotes velut remotiores in quarto gradu.

Richters, de succēs, ab intest, sect, 9. membr, 4. n. 1.

De jure Saxonico autem, cum etiam ultra fratrum filios in cæteris cognatis remotioribus habeatur ratio duplicitatis vinculi.

Schneid, de tertio ordine succedendi. n. 35.

In tantum ut semper uno vinculo junctus, etiam uno gradu, postponatur alteri dupli vinculo juncto.

Richters citat. loco n. 15.

Et sic uno gradu post positū filius consanguinei, erit etiam ultimo defuncto in quarto & sic in æquali gradu, uti cæteri nepotes duplicitis, & omnies æqualiter succendent, nec unus alterum excludet, uti satis colligitur.

Ex Berlich, & Carpz. citatis locis.

Ubi semper Fratrum utroque latere conjunctorum filii concurrunt cum consanguineis fratribus, non præpter Jus repräsentationis, quippe quod de jure Saxonico in linea collaterali penitus cessat, non etiam Jure proprio, nam frater consanguineus Fratri proximior quam fratri filii; ergo ex speciali constitutione qua inquam uno latere junctus post ponitur uno gradu alteri dupli vinculo juncto; etiam idem hic dicendum erit.

## TABULA

## TABULA IV.

*De Successione Consanguinei cum Patruo utroque vinculo juncto.*

 1.

Frater — Pater

 2.

Filius — Consanguineus.

## CASUS.

*Quomodo premortuo Patre sub. n. 1. hic frater consanguineus uno latere junctus, suo fratri ultimo defuncto sub n. 2. cum ejus Patruo duplice vinculo juncto succedat.*

**VI.** *Q*uod frater Germanus ejusque filius propter jus repräsentationis in successione Germani excludat Patruum duplice vinculo junctum, diximus supra cap. I. Tab. 5. an autem idem in proposito Casu in fratre consanguineo ejusque filio, procul dubio de jure communi affirmativé respondendum, quoad fratrem quidem, quia post fratres utrinque conjunctos eorumque filios nulla attenta duplicitate vinculi proximior in gradu excludit remotiorem.

Schneid. de tertio ordine succedendi. n. 32. Richters de success. ab intest. sect. 3. membr. 4. n. 13. & 25.

Sed frater consanguineus alteri fratri in secundo gradus Patruus vero in tertio; ergo hunc velut remotiorem excludet.

Auth. post fratres. C. de legitimis hereditibus. Berlich. conclus. 24. n. 71. & seqq.

*Quo ad filium autem propter jus repräsentationis, quo pari cum defuncto Patre Jure censetur, sicuti ergo hic excludit Patruum, ita etiam ille.*

Mantz. desuccess. ab intest. disserr. 6. quest. 2 n. 5. Richters. de success. ab intest. sect. 3. membr. 1. n. 80.

*De jure Saxonico autem aliter se res habet, de quo cum in linea Collaterali jus repräsentationis locum non habeat & duplicitas vinculi etiam ultra fratum filios attendatur, in tantum ut uno vinculo junctus semper ponatur in uno gradu remotiori, quam duplice vinculo veniens, sit ut consanguineorum filii, licet de jure communi cum Patruo in pari & tertio gradu, nihilominus de jure Saxonico omnino excludantur, partim quod non possint venire jure repräsentationis in locum parentum, partim quod propter*

propter duplicitatem vinculi in patruo post ponantur in uno gradu, & sic ex tertio veniant ad quartum gradum.

Carpz. Jurisp. forens. part. 3. constit. 18. definit. 16. Berlich. citat. loco.

n. 82.

Ipsi vero consanguinei fratres, et si etiam propter unitatem vinculi postponantur uno gradu, & sic cum Patruis duplice vinculo junctis sint in pari & tertio gradu, adeoque pariter admittendi, attamen constitutio Saxonica consanguineos solos vocat, exclusis patruis cuiuscunq; vinculi, idque non propter proximitatem gradus, sed sanguinis, nam proprius fratrem ex patre participant de sanguine Fratres, quam frater & patruus, qui trahunt sanguinem ex Avo.

Carpz. citat. loco. definit 14. Berlich. citat. loco. n. 75.

## CAPUT. III.

### De Successione Fratrum Illegitimorum.

#### SUMMARIUM.

1. Fratres naturales ex una Matre sibi invicem succedunt.
2. Ex diversa Matre licet ex uno patre, non ita succedunt.
3. Etsi legitimati, nam propter eam licet admittantur ad successionem parentum non tamen Collateralium.
4. Fratres spuri<sup>i</sup> sive ex una sive diversa matre nunquam sibi invicem succedunt.
5. Fratres illegitimi, sicut filii illegitimi supra Class. 12. de success. illegitimorum, vel sunt naturales vel spuri, naturales vel ex eadem matre & diverso Patre, vel eodem patre & diversa matre. Piores, licet nullum inter eos vinculum civile, cum tamen propter necessitudinem sanguinis, velut ex una matre descendentes cognati, ex aequitate sibi invicem solum jure cognationis succedunt.

L. hac parte. 2. & L. sif spurius. 4. ff. unde cognat.

#### II.

II. Postiores cum propter diversam matrem, neque habeant Jus Cognationis, neque propter unum Patrem jus agnationis, quippe hoc tandem descendit ex legitimo matrimonio, sequitur cum sibi invicem neque agnati neque cognati, etiam sibi nullo iure succedere & quomodo succedent, cum s<sup>æ</sup>pē ex Patre incerto, ipsi Fratres incerti.

d. 1. 4. ff. unde cognati. §. 4. Inst. de success. cognator. Schneid. de tertio ordine succedendi. n. 42. Richters. de success. ab intest. sect. 3. membr. 3. Carpz. Jurisp. forens. part. 3. constit. 14. definit. 12. n. 1. & part. 4. constit. 28. definit. 6. & 7.

#### III. Adeo

## III.

III. Adeo quidem, ut neque legitimati per ablationem curiae, vel rescriptum hoc passu sibi invicem ad successionem admittantur, licet etiam per hoc succedant patri, non tamen aliis collateralibus ex linea paterna junctis.

Novell. 89, cap. 4.

Contrarium, si legitimati ex una matre nati, nam tum ante legitimationem jure Cognitionis successionis capaces, multò magis post legitimationem, cum illa, si non plus saltem, non minus operari debeat.

Mantz, de successione, ab intest. diss. 6, quæst. 2, n. 91, & seqq.

## IV.

IV. Spurii pressè sumpti prout superius secundum Jus canonicum definiti, neque aliis collateralibus spurii, neque legitimis ullo modo succidunt, sed statim admittitur Fiscus; nam hic neque Parentibus, neque Parentes hic multò minus collateralibus succident, favorabilior enim successio Ascendentium & descendenter, quam collateralium.

Novell. 89, in fin. Auth. ex complexu. C. de incestis nuptiis, Myns. 3, obs. 91, Richters. de successione, ab intest. sect. 3, membr. 3, n. 6.

**CLASSIS V.**

*De successione conjugum.*

## SUMMARIUM.

I. Successio conjugum triplex, alia ex pactis dotalibus, alia ex statuto & consuetudine, alia de jure communii, & quamvis primò successionem juris communis tum secundum statuta loci, & denique illam, quæ ex pactis dotalibus, tradatur; non tamen hoc ordine ipsa successio defertur.

II. Nam ante omnia & primò respicimus pacta dotalia, quæ si adsint, derogant Juri communi aut cuicunque consuetudini, nam provisio hominis tollit provisionem legis, & conventio dat legem contractui.

L. I. §. 6. ff. depositi, Carpz. Jurisp. forensi, part. 3, constit. 20, definit. 1, idem respons. juris lib. 6, respons. 54, n. 14.

## II.

Post pacta dotalia recurrimus ad statuta & consuetudines loci, & si cuti prædicta pacta consuetudinibus, ita consuetudines Juri communi detrahunt; nam se pactis privatorum aliter caveri potest, multò magis statutis; sunt enim pacta publica, consequenter publico denegari non debet, quod non denegatur privato, cum à majori ad minus bona sit consequentia.

Tan-

Tandem nullo plane pacto aut statuto existente aut siquid instatutis vel pactis omissum, aut obscurè positum, inspicimus jus commune, ex quo priora supplenda & interpretanda.

Gall. 1. obs. 35. n. 10. & 1. obs. 53. n. 18. Schneid. de success. conjugum. n. 1. 2. & seqq. Richters. de success. ab intest. sect. 4. in principio. obser- vat. Hahn. ad Wesenb. Tit. unde vir & uxor. n. 3.

## CAPUT. I.

### De successione Conjugum ex jure Communi.

#### SUMMARIUM.

1. De jure civili veteri nulla erat successio conjugum sed post consanguineos fratrem admittebatur fiscus.
2. Jure novo autem ex equitate conjux non tantum excludit fiscum.
3. Sed etiam in casu inopie & superstitiosi conjugis admittitur cum descendantibus.
4. Et à posteriori multo magis cum ascendentibus & collateribus.
5. Quamvis valeat consuetudo ut collaterales omnino per conjugē excludantur.
6. Matrimonio invalide contracto, vel dissoluto per divorcium, vel conjugi coniugi debitum officium non præstante, cessat successio.
7. Prædicta extenduntur etiam ad sponsam de præsenti, saltem ut excludat fiscum, licet non eque cum ceteris cognatis concurrat.
8. Portio ex statuto conjugi debita non potest per contrariam dispositionem alterius conjugis auferri.
9. Bona ante matrimonium quæsita sunt & manent uxoris, licet fructus dotis fiant mariti pro oneribus matrimonii.
10. Bona post matrimonium quæsita sunt vel solius mariti, licet etiam industria uxoris quæsita.

#### I.

I. DE jure civili cum nulla inter conjuges sanguinis conjunctio, cognatio, vel affinitas, sed tantum principium affinitatis, Affinium autem nulla successio.

L. affinitatis. 7. C. Commun. d. success.

Nullatenus etiam sibi invicem succedebant; sed soluto per mortem matrimonio, dos quidem ad uxorem, & donatio propter nuptias revertetur ad maritū nec quidquam unus aut alter de alterius bonis lucrabatur.

Cap. final ext. de donat. inter virum & uxorem L. Dos à patre 4. €. soluto matrim.

Sine ulla distinctione, an ali consanguinei supereffent vel non, sive an conjux superstes dives vel inops, sed dictis consanguineis deficientibus semper conjux in successione conjugis excludebatur, per fiscum.

Berlich. conclus. part. 3. conclus. 26. n. 1. & 2. Schneid. ad Inst. de success. conjugum. n. 7. & seqq.

I 2

II. Quod

**II.** Quod cum iniquum videretur, ut conjux inops superstes in opprobrium alterius conjugis s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> mendicare debereret, aut cum quibus omnis vita consortium, divini & humani juris communicatio;

L. 1. ff. de ritu nuptiarum.  
Ut excluderentur per fiscum, duplici remedio jus novum conjugi superstite subvenit, & primò, in casu deficientium Ascendentium, descendenterum & collateralium usque ad decimum gradum ex æquitate Prætoris per bonorum possessionem & Edictum unde vir & uxor, quoad totam hæreditatem excluso fisco; nam licet conjux descendantibus, Ascendentibus & Collateralibus tanquam sanguine junctis postponatur, non tamen postponenda fisco.

L. un. ff. & C. unde vir & uxor, Molin. de J. & J. tract. 2. disp. 164. n. 18. Cardinal. de Lugo d. J. & J. disp. 24. sect. 8. §. 3. n. 192. Laym. Theol. Moral. lib. 3. tract. 4. cap. 6. n. 4. Berlich. Schneid. citat. locis.

**III.** Secundò in casu inopie superstitis conjugis, si uxor aut nullam dōtem intulit, aut valde parvam, tum ex Jure Authenticorum simul cum descendantibus & liberis, si tres vel pauciores in quartam partem bonorum defuncti, si plures, in virilem portionem admittuntur.

Auth. præterea. C. unde vir & uxor. Novell. 53. cap. 6. §. ult. Novell. 117. cap. 5. Cardinal. Trichus verbo statutum, conclus. 674. n. 7. & verbo, uxore conclus. 401. Cardin. de Lugo & Molin. citat. locis. Carpz. Jurisp. foren. part. 3. constit. 20. definit. 15.

Saltem quoad usumfructum, salva interim liberis ejusdem & ultimi matrimonii proprietate.

Berlich. conclus. part. 3. conclus. 26. n. 15. Observation. Hahn. ad Wesenab. tit. unde vir & uxor. n. 2. in fine; Richters. de success. ab intest. sect. 4. membr. 1. n. 4.

Probatur conclusio primò. Nam cum Maritus teneatur uxorem in opem alere.

Gail. 2. obs. 87, in fine Bartol. ad L. 22. ff. soluto matrim. Juste etiam loco alimentationis ad successionem vocantur.

Probatur secundò. Quando nulla hoc casu descendantibus fit injuria, merito uxori cum descendantibus simul concurrit, sed nulla fit injuria. Probatur minor, nam cum descendentes velut suam matrem teneantur illam alere, melius per successionem aliquid accipit à Marito, quam à liberis, à quorum gratia dependere inhumanum esset.

#### IV.

**IV.** Et hoc tantum quo ad descendentes, sed etiam illis deficientibus.

Po-

*Succesio Allodialis & Fendalis.*

71

potiori respectu Ascendentium & Collateralium, quorum successio non tam favorabilis sic ut descendenterum, ita quidem ut tum uxor concurrens portionem suam non tantum Jure ususfructus, sed etiam Jure dominii pleni consequatur.

Novell. 117. cap. 5. Mantz. de success. ab intest. dissert. 8. n. 105.

Et si tres vel pauciores ascendentes, & tres vel pauciores Collaterales, sicuti superius, succedit in quartam partem, si quatuor & plures, in portionem virilem.

Uti Berlich. citat. loco. n. 29. & seqq.

Quoad Ascendentes, nam cum uxor hoc casu præter usum fructum simul proprietatem, & ita plus accipiat, illi ab hac non excludendi; Quoad Collaterales autem eò quod Novella citata generaliter loquatur, adeoque etiam generaliter intelligenda. Etsi dubitet,

Mantz. dict. dissert. 8. n. 52.

Nam si uxor, cum quatuor & pluribus collateralibus concurrat in portionem virilem, possent tot Collaterales concurrere, ut ipsa congruam sustentationem contra intentionem legis habere non posset, quæ ratione cum non ita locum habeat in Ascendentibus, quo ad hos priorem conclusionem confirmamus, quoad illos vero rationabilius erit, ut concurrat semper in quartam & nunquam in virilem portionem.

Berlich. conclus. part. 3. conclus. 26. n. 14.

V. Quamvis valeat consuetudo & statutum, ut collaterales omnino per conjugem excludantur, nam cum nulla conjugibus incumbat necessitas instituendi Collaterales, Fratres aut Sorores.

L. Eratres 27. C. de inofficio testam.

Adeoque illis per testamentum spes successionis auferri possit, quidni per statutum.

Carpz. respons. Juris. lib. 6. resp. 54. per totum. Mantz de success. ab intest. dissert. 8. n. 77.

V.

VI. Prædicta primò procedunt, si matrimonium validè contratum & in eo statu permanserit, uade primò conjuges contra leges in gradibus prohibitis contrahentes etiam non succident, cum contra leges faciens non mercatur lucrum legis. Secundo. Si factum divortium, nam cum causa successionis conjugum sit individua vita societas, sic factum divortio cessante causa cessat quoque successio, saltem ex parte nocentis, non innocentis.

Carpz. respons. Juris libr. 6. respons. 109.

Tertiò, conjux conjugem interficiens, aut necessaria alimenta non suppeditando, vel deserendo ægrotam, cum & sic mortis causam dare

I. 3

confer.

censeatur, indiquam se facit successione, idque ne ex proprio delicto præmium obveniat.

Schneid. ad Instit. de success. conjugum, n. 21. & seqq. Mantz. de success. ab intest. dicta dissert. 8. n. 112.

Totus enim non tantum de jure communi sed etiam in pactis dotalibus & statuto, conjux conjugi succedit, quoties sibi invicem præstiterunt debitum officium; hoc non præstito nulla successio.

Carpz. respons. Juris, lib. 6. respons. 109. n. 3.

### V1.

VII. Procedunt secundò in sponsis de præsenti, nulla etiam copula subsecuta, non verò in sponsis de futuro, cum successio conjugum sit propter matrimonium, ex sponsalibus autem defuturo nondum verum matrimonium, sed tale fieri speratur, ergo :

Prior assertio probatur primò; si enim in sponsa de præsenti quod commodum successionis quid alterius requireretur, esset traductio ad domum Mariti, vel ipsa copula carnalis subsequens, sed nulla est, ergo. Minor probatur, nam ante traductionem & copulam carnalem per verba de præsenti dicitur sponsa verè uxor, & cingenda habetur procincta; cum nuptias non concubitus, sed consensus faciat, ergo etiam verè succedit.

Cap. 31. & ult. ext. de sponsalibus & Matrim. Gail. 2. obs. 80. Cardin. Tuschus verbo statutum conclus. 511. n. 58. Berlich. cone ns. part. 3. conclus. 25. n. 5. & seqq. Myns. 6. obs. 78.

Probatur secundò. arg. L. cui fuerit. 15. ff. de conditionibus & demonstrat. Ubi hac conditione legatum, si in familia nupsisset, habetur conditio pro impleta & legatum debetur, & si solum sponsalia per verba de præsenti contracta, nulla etiam traductione ad domum Mariti, vel copula carnali subsequeta, ergo idem etiam hic quo ad successionem.

Non obstat primò, quod verba legis aut statuti propriè accipienda, nomen autem conjugis & uxoris propriè non accipitur de sponsa de præsenti, sed de vera uxore capula carnali subsequeta, ergò. Respondeo istum modum loquendi esse tantum apud imperitos, qui nihil probat.

Non obstat secundò, quod successio conjugum deferatur propter onera matrimonii, talia autem nulla in sponsalibus de præsenti; ergo etiam nulla successio. Respondeo primò: In sponsis de præsenti non de esse voluntatem ferendi onera, sed tantum facultatem, qua per accidens impeditur. Respondeo secundò onera matrimonii esse quidem causam impulsivam successionis, non autem finalem, finalis enim est, ut spe lucri intentur ad contrahenda matrimonia, & mulieres citius viros inveniant &

con-

contra, concurrente autem causa impulsiva & finali, potius interpretatione  
legis ex finali dissimilanda.

Gail, citat, loco, Berlich, citat, loc, n. 6, & 7.

Sic est anceps profecto & dubia quæstio, cuius negativam in jure ve-  
riorem, affirmativam verò humaniorem putat.

Bachov, ad Treutl, volum, 2., disp. 7. Thes. 1, lit. D, e contra, Myns, 6,  
obs. 78, n. 4.

Pro conciliatione requirit sanctionem aliquam pragmaticam, quæ  
etiam hoc casu quidem exstat in Saxonia, ubi conjux quomodo cunque  
contraxerit sponsalia de præsenti, ante concessionem thalami, tamen non  
gaudet beneficio successionis.

Carpz, Jurisp. forens. part, 3, constit. 19, definit, 1, & seqq. Berlich, d.  
part, 3, conclus, 25, n. 27.

**Quæ** constitutio autem cum apud nos incognita ad conciliationem  
utriusque sententiae distinguendum putarem, an sponsa de præsenti defi-  
cientibus de scendentibus, Ascendentibus & Collateralibus usque ad deci-  
mum gradum certet cum fisco de successione sponsi, & sponsa fisco præ-  
ferenda, cum in dubio contra fisum pronunciandum.

Arg. 1. non puto, 10. ff. de Jure fisci.

Vel illis non defientibus, ut supra, **uxor** inops, vult cum descen-  
dientibus & Ascendentibus in quartam partem vel portionem virilem si-  
mul concurrere, & probabiliter non admittenda, propter cessantes ratio-  
nes supra ad ductas, cum non in tantum dedecus vel ignominiam defuncti  
cedat, si ad mendicitatem superstes sponsa redigatur, quam si **uxor**, cui ali-  
menta debentur, redigeretur.

Mantz, de succèß. ab intest, dissert. 8. n. 100.

## VII.

**VIII.** Procedunt tertio ita ut conjugi inopi partio debita ex Auth.  
Præterea C. unde vir & **uxor**, idem de portione per statutum vel pacta do-  
talia debita, nequidem per testamentum aut aliam dispositionem inter  
vivos vel ultimæ voluntatis auferri possit. Probatur primò, sicut legitima  
non potest auferri testamento liberis, ita nec hæc portio debita uxori,  
quia æquè ex provisione legis necessariò debetur, sed legitima non potest  
auferri, ergo. Probatur secundò quem testator non honorat etiam gravare  
non debet, sed testator hæc portione uxorem non honorat, sed Lex, ergo ne-  
que testator eam auferendo gravare debet. Probatur tertio, hæc protio  
Authenticæ est instar æris alieni, sed æs alienum ante omnia deducendum  
etiam factio testamento, ergo,

Cardi-

*Succesio Allodialis & Fendalis.*

Cardinal. Tutschus. verbo statutum. conclus. s. 11. n. 14. Gail. 2. Obs. 36. n. 17. obs. 87. n. 1. & Observ. 119. n. 2. Berlich. conclus. part. 3. conclus. 9. & conclus. 26. n. 24. Carpz. Jurisp. forens. part. 3. constit. 7. definit. 7.

Nisi coniux conjugi in tali dispositione consenserit, quivis enim iuri pro se introducto renuntiare valet.

L. 29. C. de pactis. Carpz. citat. loco. definit. 14. Richters. de success. ab intestato. sect. 4. membr. 1. n. 14. & seqq.

VIII.

**IX.** Bona uxoris ante matrimonium quæsita, si quidem dotalia, manente Dominio naturali penes uxorem, illorum fructus, pro oneribus matrimonii pertinent ad maritum.

L. pro oneribus 20. C. de jure Dotum. Carpz. respons. Juris. lib. 6. resp. 50. n. 9. Richters. ad tit. C. de pactis conventis tum super dote ad L. 2.

Fructus vero bonorum paraphernalium & receptitiorum cum ipsa proprietate sunt & manent uxoris.

Richters de success. ab intest. sect. 4. membr. 1. n. 8. & seqq.

Quamvis de jure Saxonico simul cum cæteris bonis mobilibus, salva tamen legitima liberis, & utensilibus proximis cognatis debitibus, transant immediatè in maritum; cum distinctione bonorum sublata omnia bona uxoris quomodo cunque allata sint dotalia, adeoque secundum dicta superioris ex omnibus debetur ususfructus Marito.

Berlich. conclus. part. 3. conclus. 29. n. 20. & seqq. Schneid. de success. viri & uxoris. n. 26. Richters. ad L. 8. C. de pactis convent. super dote idem de privilegiis Creditorum. cap. 3. sect. 1. n. 96.

IX.

**X.** Bona vero post matrimonium etiam utriusque Industria & labore quæsita, tam de Jure civili quam Saxonico indistinctè pertinent ad Maritum, nam cum operæ uxoris Marito debeat, etiam adquisita per operas, idque in compensationem omnium onerum matrimonialium, dum maritus solus tenetur alere uxorem & sustentare totam familiam, cui non obstat communio bonorum inter uxorem & maritum, hæc enim accipienda tantum de unione habitationis non bonorum adquisitorum.

Mascardus de probat. volum. 1. concl. 30. Paratit. Wesenb. tit. de rit nuptiarum. n. 6. Carpz. Jurisp. forens. part. 3. constit. 25. defin. 8. & 9. & respons. Juris. lib. 6. resp. 50. n. 12. Lauterbach. de Societate bonorum conjugali. §. 4. & 5.

Dona nuptialis tempore nuptiarum oblata, si tam sponsa quam sponsa oblatio facta, utriusque fiunt communia.

Carpz

Carpz. Jurisp. forens. part. 3. constit. 22. definit. 1. & seqq. Richters de successi. ab intest. sect. 4. membro. 3. n. 65.

Si verò soli sponsæ ad mensam astanti, uti moris esse solet, data, fiunt solius sponsæ, quippe ipso Jure ejus fiunt res donatae, cui donatio facta.

Arg. L. 3 2. §. 1. ff. de donationibus inter virum & uxorem. Berlich. conclus. part. 3. conclus. 32. n. 4.

Nisi uxor dotalium aut portionem statutariam petere velit, hanc enim cum de Jure Saxonico non aliter petere possit, nisi bona sua, consequenter etiam dona nuptialia in mariti bona transtulerit, sic supposita translatione, nullum Jus vel communem, vel separatum sibi prætendere potest.

Carpz. citat. loco definit. 12. & 13. & part. 3. constit. 20. definit. 15.

## CAPUT II.

### *De Successione Conjugum ex consuetudine vel statuto.*

#### S U M M A R I U M.

1. Successio consuetudinaria derogat Juri communi: de Jure municipal Friburgensi, uxor præmortuo marito accipit trientem & maritus præmortua uxore duas partes.
2. Jure Saxonico, Maritus succedit uxori in omnibus bonis mobilibus, non autem in immobilibus.
3. E contra uxor marito existantibus liberis in quartam partem, illis deficiensibus intrientem.
4. Itant succedere volens non teneatur prius conferre sua bona, sed habeat portionem statutariam præcipuam.
5. Legatum tamen & aliam donationem in dictam portionem conferre tenetur.
6. Et hæc obtinent, nisi consuetudo loci dictam collationem antecedentem specialiter præcipiat.

#### I.

**S**uccessio conjugum consuetudinaria variis in locis varie variatur, & procul dubio diligenter attendenda, cum deroget & tollat Jus commune; Jure Municipal Friburgensi, si maritus præmortuus, uxor succedit in tertiam partem hæreditatis, & in reliquias duas partes cæteri liberi superstites, si uxor præmortua, maritus accipit duas partes, & contra, liberi tantum unam, & tertiam inter se subdividendam.

Freyburger Stadt-Recht. fol. 56. & 57.

Jure Saxonico, Maritus sive inops, sive dives, sive liberi adsint, sive non, indistincte succedit uxori prædefunctæ in omnibus bonis mobilibus, salva tamen Gerada cognatis & legitima filiis relinquenda.

Carpz. Jurisp. forens. part. 3. constit. 23. definit. 11. Berlich. conclus. part. 3. conclus. 29. n. 30. Richters de successi. ab intest. Sect. 4. membro. 2.

K

In

*Succesio Allodialis & Fendalis.*

In immobilibus autem nequitquam succedit, et si uxor nullos descendentes, ascen-  
dentes vel collaterales reliquerit, vel etiam Maritus inops fuerit.

Uti contra Berlich, citat. loco. n. 67. defendit Carpz. citat. loco. definit. 22. 23. & 24.

Idque ex antiquis Saxonum legibus, de quibus uxor nulla immobilia possidebat,  
aut in iis Parentibus succedere poterat, rei autem nullius nulla successio, & non entis  
nullæ qualitates.

III. E contra uxor vero Marito predefuncto, sublata iterum differentia, an inops  
vel dives; nam cum matrimonium non distinguunt inter divitem & pauperem, etiam ef-  
fectus successionis inde descendens distingueret non debet.

Schneid. ad inst. de success. viri & uxoris. n. 47.

Siquidem liberi existent, in quadrantem sive quartam partem bonorum, si non ex-  
istent, in trientem succedit.

Berlich, conclus. d. conclus. 27. n. 15. Carpz. dict. constit. 20. definit. 16.  
& seqq.

Cui non obstat communio bonorum inter conjuges usitata, ratione cuius non  
in æqualiter, sed æqualiter bona dividenda, Respondebat communionem istam tantum  
accipiendo de cōfiditate, & usu bonorum stante matrimonio, non autem de pro-  
prietate post mortem.

Richters de success. ab intest. sect. 4. membro. 2. n. 3.

IV. Plures consuetudines diorū locorum hic ulterius examinare nimis longum  
foret, hoc tamen ratione cuius cunque successionis consuetudinariae non committen-  
dum. An maritus vel uxor succedens debeat prius bona sua conferre ad communem  
hæreditatem quam succeedere possit? Ad quod de Jure communī negativè respon-  
dendum, scilicet uxorem & maritum portionem suam statutariam p̄cipuum habere  
absque ulla collatione.

Carpz. Jurisp. forens. part. 3. constit. 20. definit. 7. Berlich. citat. part. 3.  
conclus. 27. n. 48.

Probatur primi, si uxor in successione mariti cum filiis debet pr̄pria bona con-  
ferre, quo ad partem bonorum succederet sibi ipsi, & filii succederent matri viventi,  
sed hoc est absurdum; cum viventis non detur hæreditas, neque successio, ergo.

Probatur secundo, sola profectiā à defuncto profecta sunt collationi obnoxia.  
Observat. Hahn. ad Wesenb. tit. de collat. Werner. disp. de Collatione  
bonorum. Vinnius de collat. cap. 11.

Sed bona uxor's propria, dos & alia non sunt à defuncto Marito profecta, ergo  
nec conferenda.

Probatur tertio, regulariter soli descendentes astringuntur ad collationem.  
Hahn. citat. loco. Vinnius de collation. cap. 4.

Ergo non uxor.

V. Legatum tamen & aliam quamvis donationem à Marito profectam in portio-  
nem statutariam tenetur conferre uxor.

Auth. præterea. C. unde vin & uxor. Barthol. ad L. 22. ff. solut. matrim.  
Berlich. citat. loco. n. 50. Carpz. citat. loco. definit. 26. Molin. de J. & J.  
tract. 2. disp. 200. n. 17. Card. de Lugo. de J. & J. disp. 24. sect. 10. n. 263.  
& seqq.

Pr̄p.

Probatur primò, provisus in unum casum non debet etiam esse provisus in alium, sed in ille censetur hoc modo provisa per legatum, ergo non simul debet provideri per successionem statutariam.

Probatur secundò, legatum Creditori factum, præsertim si non plus in legato quam credito, est inutile.

§. 14. Iast. de legatis.

Sed hic uxori quo ad portionem statutariam videtur esse creditrix, ergo legatum factum est inutile.

Probatur tertio, quando datur aliquid compensandi animo, tum non utrumque sed alterutrum peti potest.

L. cum ab uno. 53. ff. delegatis. 2. Berlich. conclus. part. 2. conclus. 50. n. 79.

Sed hic legatum præsumitur reliquum in compensationem portionis statutariae, ergo; Nam Maritus velut ex dispositione legis debitor necessarius non ex liberalitate donare sed compensare voluisse præsumitur. Nisi aliud verbis disertis expressebit, nam tum cessante priore præsumptione compensationis præter successionem statutariam, simul legatum recte petitur.

Aut si uxori à Marito certa portio in pactis dotalibus assignata, quomodo cum Maritus debitor voluntarius, potuisset enim nihil assignare, sic cessante causa compensationis, præter dictam portionem etiam legatum reliquum debetur.

Carpz. dict. constit. 20. definit. 5. & definit. 30. Berlich. ead. n. 56. & seqq. Cardinal. de Lugo & Molin. citat. locis.

## VI.

Et hoc, uxorem, absque collatione suorum bonorum succedere in portione statutaria catenùs obtinet, nisi lex vel statutum specialiter istam collationem præcipiat, tum enim omnia bona conferenda, nec hoc quidquam iniquitatis continet, cum semper conjux damnosum eventum pactis totalibus præcavere potuisset; impunit ergò sibi, quod cavendo sibi non prospexerit.

Carpz. dict. constit. 20. definit. 8. Idem respons. Juris. lib. 6. respons. 52. & 53.

## CAPUT III.

### De Successione Conjugum ex Pactis dotalibus,

#### S U M M A R I U M.

1. *Pacta dotalia vel sunt judicialiter vel extra judicialiter.*
2. *Extra judicialiter vel in vim ultimæ voluntatis, vel contractus, idque de bonis particularibus coram duobus vel tribus testibus, que invita altera parte irrevocabilia.*
3. *In vim ultimæ voluntatis coram quinque testibus de bonis universalibus facta semper revocari possunt.*
4. *Supervenientibus liberis corrunt pacta dotalia.*

**P**acta dotalia vel sunt judicialiter per iurinationem Judiciali, vel extra judicialiter. Judicialiter facta, àm de bonis particularibus, quām universalibus nullis etiam testibus præsentibus ad instar testamentorum judicialium semper subsistunt, cum Jūdex, omnem defectum suppleat, & plenissimam fidem tribuat.

L. in donationibus, 21. C. de donat. L. omnium 19. C. de testam. Carpz. Ju-  
isp. forens, part. 2, constit. 43, definit. 3.

K. 3

II. Extra

## II.

**II.** Extra judicialiter alia fiunt in formam contractus, alia in vim ultimae voluntatis; in formam contractus totam duobus vel tribus testibus idque de rebus particularibus, ut vel dos vel pars dotis praemortua uxore maneat penes Maritum, & è contra donatio propter nuptias vel pars donationis, praemortuo Marito maneat penes uxorem. Et haec secundum naturam contractus invita altera parte revocari non possunt, nam nihil tam naturale quam ut eodem modo, quo quid colligatum, etiam dissolvatur.

L, nihil, tam naturale. 35, ff. de regul. Juris. L. ab emptione 58, ff. de pactis.

**Et** jus semel quæsumus alteri, ipsi invito extorqueri nequit.

L, si reus, ult. ff. de pactis. Carpz. Jurisp. forens. citat. loco. definit. 11.

Berlich, conclus. part. 2. conclus. 51, n. 25, Gail, 2, obs. 126, n. 5. Sande decisiones Frisicæ, lib. 2. tit. 2. definit. 4..

Cui non obstat, quod ejusmodi pacta fiant in casum mortis uxore vel Marito praemortuo & transeant in donationem mortis causa, adeoque non sint actus inter vivos, sed ultimæ voluntatis, qui semper revocabiles. Respondeo, licet in ejusmodi pactis semper fiat mentio mortis, non tamen mors est causa impulsiva pacti, cum conjuges matrimonium contrahentes hoc magis spem habeant longissimæ vitae, qua propter mors non tam ex causa finali, quam dilationis gratia, adjecta censetur. V. G. post mortem dabis centum, quomodo non actus ultimæ voluntatis sed inter vivos, qui invita altera parte non revocatur.

Sande citat. loco. Ludvvel, de ult. voluntat. pag. mihi 428. Carpz, resp. Juris, lib. 5, respons. 55, n. 15.

## III.

**III.** Pacta dotalia in vim ultimæ voluntatis concepta subsistunt etiam de tota hæreditate & bonis universalibus saltem de consuetudine.

Gail, citat. loco. Mynf. 2, obs. 33.

Modo præsentia quinque testimoniis ad fornaciam aliarum ultimarum voluntatum corroborata.

Observat. Hahn, ad Wesenb. tit. de pactis dotalibus. Berlich, citat. loco.

Ethæc uti quævis ultima voluntas liberè revocantur.

Sande dict. definit. 4.

Cui non obstat, quod si ejusmodi pacta mutari possint, non sit verum, quod pactis detur hæreditas. Respondeo alia esse pacta simplicia, alia mixta; illa mutari nequeunt, hæc cum participent etiam de ultima voluntate, recte mutantur, unde licet habent formam actus inter vivos, effectus tamen sicuti in donatione mortis causa est ultimæ voluntatis.

Ludvvel, de ult. volunt. pag. mihi 427.

## IV.

**IV.** Pacta dotalia ob supervenientiam liberorum, et si nulla horum mentio facta, regulariter currunt, quia illa conditio semper inesse censetur, si sine liberis, ergo illis existentibus deficiente conditione deficit contractus, & hæreditas, alias ad coniugem de voluenda, jam sit liberorum, cum bona sua parentes ad neminem magis, quam ad liberos posteritatem quæ pervenire concupiscant.

L, 7. in

L. 7. in princip. ff. de bonis Damnator. Carpz. Jurisp. forens. part. 2. const. 43. definit. 13.

# CLASSIS VI.

## *De successione Fisci.*

### S U M M A R I U M.

1. *Quid sit fiscus, & quibus Jus fisci competitat.*
2. *In quibus bonis, & quando succedit fiscus.*
3. *Peregrinorum hereditates in Gallia devolvuntur ad fiscum, quo jure etiam in Germania Jure retorsionis contra peregrinos Gallos uti possumus.*
4. *Fiscus cum onere succedit adsolvendos omnes creditores hereditarios ad legata & fideicomissa à defuncto relicta præstanta.*

#### I.

I. **F**iscus est aerarium Principis, sive alterius Superiorum non recognoscens, omnia complectens, quæ ad pecuniarium commodum pertinent, idque ad conservandam dignitatem Principalem, & hodie est de regalibus vi superioritatē territorialis competens, quapropter extra specialem concessionem & præscriptionem cæteris inferioribus statibus & Landstauis non competit, licet etiam habeant merum & mixtum imperium.

Perez. in C. tit. de Jure fisci. Schneid. de success. fisci. n. 8.

Quamvis contraria consuetudo hoc ipsum immutaverit, præsertim quoad præsentem quæstionem, respectu bonorum vacantium, in quibus etiam merum & mixtum Imperium habentes ipso jure succidunt.

Sixtinus de regalibus, lib. 2. cap. 9. n. 60.

#### II.

II. Deficientibus igitur omnibus heredibus, dum nulli ad sunt descendentes, Ascendentes, & Collaterales usque ad decimum gradum, neque adest legitima iuxta, tandem succedit fiscus, velut in bonis vacantibus, Germanice, In die Erblosse Güter.

Schneid. ad Instit. de success. fisci. Richters de success. ab intest. sect. 5. Sixt. de regal. lib. 2. cap. 9. Besoldus de regalibus cap. 9. n. 4.

Unde per fiscum excluduntur, Primò affines, cum horum nulla successio.

L. Affinitatis 7. C. communia de success.

Secundò collaterales ultrà decimum gradum quia hucusque eorum successio resticta.

Tertiò descendentes incapaces, ut ex incestu & adulterio nati, quia paria sunt, nullum esse heredem, & esse, sed incapacem.

Mantz. dd success. ab intest. de success. fisci.

#### III.

III. Non tamen per hoc bona fiunt vacantia, adeoque fiscus succedit, quod quis sit Peregrinus, quod in Gallia receptum testatur.

Be-

Besold, citat loco dict, cap. 9. n. 4. Mantz, de successione fisci n. 3g.

Quam consuetudinem in Germania & aliis locis vindicando, recte hoc casu utimur jure retorsionis, ita ut quemadmodum ibidecum succedit solus fiscus peregrinis Germanis, exclusis omnibus aliis consanguineis, ita etiam Peregrinis Gallis hic succedit; Patientur enim legem, quam ipsimet considerunt, & quod in aliis aequum putarunt, contra se valere permittant.

## IV.

IV. Successio fisci semper fit cum onere, ad solvendos omnes creditores haereditarios, quippe in quorum praejudicium non privilegiatus, nam cum hi certent de danno vitando, fiscus vero de lucro favorabilior est causa illorum quam hujus.

Gail, 2, obs. 86, Richters, de successione, ab intestate, sect. 5. n. 4. Mantz, de successione fisci, n. 5. Sixtinus de regalibus, lit. 2. cap. 9. n. 4f.

Idem est de legatis & fideicommissis a defuncto relictis praestandis, ita ut & haec fiscus praestare teneatur.

L. filius familias, 114. §. 2. ff. de legatis 1. L. recusare, 6. §. 3. ff. ad SC. Trebellian. L. dicitur 14. ff. de Jure fisci.

Quibus non obstat. L. si nemo 9. ff. de testament. tutela, ubi si haereditas non sit adita, nihil valet, quæ scripta sunt. Respondeo, ab hoc specialiter excipiendum fit scum, ed quod sit & habeatur loco haereditis, vel quasi, adeoque sicut haeres obligatur ad legata praestanda, ita etiam ipse.

Sixtinus de regalibus, lib. 2. cap. 9. n. 44. Plura de Jure fisci tractare non est mei instituti, cum ea materia propriè pertineat ad Regalia. Quapropter

## FINIO.

DUplex finis in vita nostra, unus in vita civili vivere, & alter secundum virtutem vivere; Posterior totus in potestate nostra, prior consistit in multidutine Amicorum & Patronorum; hoc non meæ potestatis sed desiderii; tuæ cum sit potestatis; candide Lector, Amicum & Patronum rogo, si possis, hoc opus laudato, si minus transite, cogita pro optimo esse, quod minime malum,








Kf 888<sup>b</sup>

ULB Halle  
004 961 161

3







R. 268,

# TRACTATUS UTILISSIMUS ET NECESSARIUS

## SUCCESSIONIS EX PACTO, TE- STAMENTO ET AB INTESTATO. ASCENDENTIUM, DESCENDEN- TIUM ET COLLATERALIUM AC CONJUGUM

Tam

IN BONIS ALLODIALIBUS QUAM FEUDALIBUS  
Per suas Tabulas clarissime elaboratus



ROTENBURGI,  
apud Johann Thomam Hoffmannum, Bibliopol,  
ANNO M. DCCV.

